
E. ACHARIUS

# SYNOPSIS METHODICA
# LICHENUM,

SISTENS

OMNES HUJUS ORDINIS NATURALIS DETECTAS PLANTAS, QUAS, SECUNDUM GENERA, SPECIES ET VARIETATES DISPOSUIT, CHARACTERIBUS ET DIFFERENTIIS EMENDATIS DEFINIVIT, NEC NON SYNONYMIS ET OBSERVATIONIBUS SELECTIS ILLUSTRAVIT

AUCTOR

ERIK ACHARIUS

EQUES AUR. REG. ORDINIS DE WASA,
MED. DOCT., PROF. REG. PHYSIC. PROVINC. OSTRO-GOTH. AD REG. NOSOC. VADSTEN. INSP. REGG. ACAD. SCIENT. ET COLLEG. SANIT. STOCKH. SOCIETT. SCIENT. UPSAL. PHYSIOGRAPH. LUNDENS. PHYSIC. GOTTING. LINN. LONDIN. PHYTOGR. GORENK. HIST. NAT. BEROLIN. MEDIC. SVEC. ETC. SODALIS. SOCIETT. HIST. NAT. MOSCOV. WETTERAW. ET PHYTOGR. GOTTING. MEMBR. HONOR.

LUNDÆ,
LITTERIS ET SUMTIBUS SVANBORG ET SOC.
1814.

MANIBUS

LINNÉANIS

SACRUM.

MANIBUS

LINNÉANIS

SACRUM.

quodque in desideriis Botanicorum forte sit, quam primum possem, & correctiones in hunc Librum factas & incrementa hæc Specierum nuperrima cognoscere. Et hæc est ratio cur in præsenti opusculo conscribendo operam posuerim meam, sperans, fore ut Scientiæ cultoribus acceptum atque utile sit hoc meum opusculum nec non parva sua mole commendabile.

Genera omnia (excepta **Biatora**) in Lichenographia Universali stabilita servavi, novaque alia addidi; sed characteres eorum, a Lichenum Receptaculis, Universali & Partiali, harumque partium structura externa, situ, insertione, forma atque substantia diversa, desumtos, nunc emendatos exhibeo. Instarunt & popøscerunt Critici Generum meorum reductionem, non nulla horum non nisi factitia prædicantes; at eorem rationes valde hallucinantes immo absonas vidi, nec principiis iis suffultas, quæ ex vera Lichenum & horum partium natura proficiscuntur. Effata sua, sine prævio & maturo examine pronuntiata, demonstrationibus solidis probare haud adnisi sunt & ne quidem unicum ex argumentis, quibus theoriam meam & Fundamenta Lichenologiæ superstruxi, refutare conati sunt, ne dicam valuerunt. a) Demonstravimus enim:

1:o Totum Lichenum corpus esse Receptaculum b.), propagationem eorum promovens, tam

a) Conferantur adnotationes, quas ad singula Genera in Lichenographia universali factas attuli; inprimis autem momenta illa & demonstrationes, observationibus indubitatis innixæ & figuris illustratæ circa omnes Lichenum partes atque eorum genericam dispositionem, in Lichenogr. Univ. p. 1 — 18. & p. 25 — 152.

b) Videatur Lichenogr. Univ. locis citatis. Apud Lichenes herba (cfr. Linn. Philos. botan.) sic dicta nulla, nam radice, trunco l. caule, foliisque expertes sunt. Partes quidem his, ratione formæ, analogas offerunt, sed nullo modo ita comparatas ut in plantis phænogamicis, neque eodem officio fungentes. Monendum heic est, quod integer de radicatione Lichenum paragraphus, qui locum obtineret inter pag. 4 & 5. in Lichenogr. Univ. incuria forte Typographi exclusus sit. Hujus manuscriptum ad Cl. D. Profess. Schrader postea misi, ut in Ejus Diario typis exscriberetur.

per se c), quam mediantibus Receptaculis Partialibus seu Apotheciis, in Receptaculo hocce Universali plerumque præsentibus, non raro eidem homogeneis & totis ex ejus substantia formatis. d)

2:o Nullas, saltem visibiles, partes Fructificationis, Lichenibus concessas esse, nullum verum Fructum, nullaque vera Semina. e)

Demtis sive non existentibus illis partibus, e quibus, secundum principia Systematis Sexualis, characteres Generici peterentur, quomodo, ad normam, pro plantis phænogamicis præscriptam, determinari possunt Lichenum Genera? f) Demonstrationem hanc apagogicam, quare non perspexerunt, aliam tam enixe suscipientes opinionem?

Itaque unicum, qui restat, modum, Genera Lichenum designandi, indicant Receptacula eorum Universalia & Partialia: g) — & hæc tantummodo simul sumta characteres submini-

c) Nam in omnium Lichenum thallo ſ. eorum substantia corticali (strato ſæculifer ) nidulantes inveniuntur Gongyli atque etiam in cellulis & veſiculis inclusi, eidemque modo ac in lamina proligera receptaculorum partialium. Huius unum exemplum videatur in Lichenogr. Univ. Tab. IX. f. 6. D. E. cum Explicatione figur. p. 95. — Plura exempla offerunt Lichenum individua & Species, in quibus apothecia nulla, nec vera, nec accessoria (cfr. Lich. Univ) observata sunt. Gongylos, inprimis in strato ſæculifero nidulantes, punctorum minutissimorum formam præ se ferentes, Iconibus quamplurimis in Tabulis Lichenogr. Universali subjunctis expressos ostensi.

d) Ex. gr. omnes *Lichenes Homothalami* & in specie *Collemata*. Cfr. infra Conspectus Classium ordinum & Generum.

e) Receptacula partialia ſ. apothecia fructum Lichenum non esse, sed tantum organa carpomorpha perhibere affatim demonstravi in Lich. Univ. p. 7 — 13. — Ubi nullus fructus, nulla vera Semina, & vice versa!

f) Valet hoc de Generibus quampluris inter Algas aquaticas & Fungos, quorum characteres Generici nullis aliis criteriis, quam ex forma & structura receptaculi vel frondis s. corporis ipsius horum vegetab[illegible] desumtis, determinari possunt.

g) Thallus nempe & Apothecia vera.

sequi, atque secundum hujus formam diversam, utpote magis constantem & genericam familiaritatem tutius monstrantem, Genera distinguere. Quatenus autem Apothecia vera characterem Genericum sola subministrare possunt, criteria essentialia ex his quidem petere juvat, non tamen obstante, ac admodum discrepante thalli in pluribus speciebus natura alia & generali & peculiari ejusdem conformatione. In Apotheciis veris partes tantummodo constantes, visu & examinatu faciliores, in hunc finem adhibendæ sunt, minutissimas, incertas seu variationi obnoxias, utpote falsas & minus necessarias, relinquendo.

Iam ad ea, quæ ulterius sunt præmonenda, memet conferam. Terminos, quos in Lichenographia Universali indicavi & explicavi etiam in præsenti opusculo adhibui. At quoad *Perithecium* eorum Lichenum, quorum Apothecia Thalamia vera offerunt o), in ejus naturam & conformationem accuratius inquirens didici, hoc sequentibus modis variari. Occurrit nempe, aut *simplex*: crustaceum atrum vel etiam tenue membranaceum, ut jam pridem monui p), aut *duplex*: unum scilicet *exterius* crassum atrum: alterum *interius*, tenue membranaceum in uno eodemque thalamio q). Perithecium vero *dimidiatum* in variis Generibus simul exstat & ita dicitur, quando partem quandam Nuclei haud amplectitur. Hoc denuo aut *superum*, & ita a me appellatur, si vel ex perithecio duplici, exterius nucleum (ab interiori totum obductum) tantum supra tegit r), vel a perithecio simplici hic & totum apothecium

o). Apothecia *Lecideæ*, *Gyrophoræ*, *Arthoniæ*, *Opegraphæ*, nulla offerunt thalamia, nam eorum parenchyma homogeneum est, superficie tantum duriori, quasi membranacea vel cartilaginea & aliter aliquando colorata, a substantia interna, nucleum verum non formante, parum diversa, nec per se distincta.

p). cfr. Lichenogr. Univ. p. 6. — *Graphis*, *Endocarpon*, *Trypethelium*, *Porina*, *Pyrenula*, *Sagedia*, genera exhibent perithecio simplici gaudentia.

q). *Verrucaria*, *Thelotrema*.

r). *Verrucaria*, *Thelotrema*.

supra velatur s); — aut laterale, si simplex est & tantum latera cingit nuclei elongati t), hunc tam supra quam subtus relinquens. Perithecium dimidiatum laterale apothecium seu Thalamium simul marginatum reddit; superum aut ostiolo, subinde papillato, præditum cernitur, aut tantum impressione notatur. u).

De Apotheciorum situ, quæ in diagnosi magni momenti res est, alibi quidem egimus; at terminos a me usitatos situm hunc exprimentes nunc etiam recordari forsan juvabit. Apothecia enim sparsa dicuntur quando absque ordine in quavis thalli parte obveniunt, — lateralia, si in thalli foliacei pagina superiori tantum observantur, submarginalia, si prope ejus margines, — marginalia, si in ipso margine, — centralia si versus centrum, & periphærica si solummodo versus ambitum thalli stellati, — terminalia, si in apice laciniarum, ramorum vel podetiorum, locata sunt. Quoad insertionem, immersa dicuntur, si tota in thalli substantia quasi detrusa sunt; — innata, si basi sua vel parte inferiori intra substantiam corticalem ejusdem quasi abscondita, sed reliqua parte supra eum prominent; superficialia vero & adnata, si tantum ad superficiem thalli tota accreta sunt.

Ne volumen nimis incresceret, synonymon tantum unum vel alterum selectum ad Speciem cognoscendam ex Auctorum recentiorum Scriptis celebrioribus citavi, sed ea nunc addidi, quæ in anterioribus meis opusculis Lichenologicis oblitus sum, vel in Scriptis aliorum novissimis obveniunt, quatenus nempe hæc mihi innotuerunt. Synonyma reliqua, si quis optaret, Lichenographiam Uni-

s). *Sagedia.*
t). *Graphis.*

u). *Sagediæ* characterem essentialem, quo tam ab *Urceolaria*, quam *Lecidea* & *Lecanora* luculentissime distinguitur, adeo perspicacem esse ex allatis putaverim, ut sæpe miror, quomodo in cujusdam mentem incidere possit, hoc Genus cum alio quopiam conjungere.

versalem, Methodum meam Lichenum & Lichenographiæ Prodromum adeat; ea autem, quæ antea, etiam in his Libris, male citata sunt, ut ad legitimam speciem referrem, jam operam omnem navavi.

Descriptiones novarum Specierum succinctas tradere eamdem ob rationem intermisi, sed observationes quasdam necessarias, ut hæ Species magis illustrarentur plerumque & breves subjunxi.

Species a me non visas, signo crucis (†) notatas omnino excludere non æquum putavi. Fide Auctorum, qui eas detexerunt et primum descriptas reliquerunt, ubi characteribus datis a reliquis distinctas inveni, in numerum mearum retuli, ut sciant illi, quibus contigit, has iterum videre, an novæ sint vel antea cognitæ, nec notas pro novis habeant et proclament, nominaqve præter necessitatem multiplicent.

Litteris minoribus græcis Varietates constantes designatæ sunt; latinis vero Speciei sive Varietatum formas alias et præcipuas, quamvis, magis inconstantes, indicavimus.

Quod ad Genus Cenomyce in Specie attinet, postquam experientia et observationibus Cel. D Flörke id factum est, ut de hujus Generis Speciebus earumque formis polymorphis nobis plus luminis adfulserit, religioni mihi duxi reformationem Specierum, hisce Ejus detectis, quæ maxima ex parte naturæ analoga esse perspexi, suffultam suscipere, atque eas secundum hæc indicia determinare. Per specimina in Germania ab Eo lecta mecumque benigne communicata de mente Cl. Flörkei circa scyphiferas species nullum mihi est dubium; sed non licuit in usum vocare Ejus observationes de reliquis hujus Generis speciebus (paucis quibusdam exceptis) quum de his nihil ab Eo scriptum legere mihi contigerit. — Nullas alias Ille admittit Scyphiferas Species, quam eas, quarum podetia scypho superne (diaphragmate, a me dicto,) clauso instructa observantur.

Nomne autem, (inprimis in hoc Genere, Podetia,) quævis forma scyphum exprimens nomen scyphi meretur, sive hic clausus sit sive apertus? Notioni scyphi, ut mihi quidem videtur, potius respondet ut in ipso orificio apertus sit, quam ibidem clausus. Itaque e podetiorum scyphiformium numero vix jure excludi posse podetia scypho aperto vel pervio prædita concludere fas est. Species, quarum scyphi pervii sunt, præter formam scyphi, margine hujus scyphi dentato in primis distinctæ apparent a speciebus, quarum axillæ simpliciter perforatæ sunt: & si scyphi in illis uti axillares observantur, hoc a prolificatione ex eorum margine dependet, eos obliquos reddente. Tamen non diffitendum foramina axillarum, in speciebus ascyphis, apud quasdam quasi radiata occurrere v), sed forma scyphi nihilo tamen minus in his desideratur. Non taceam, quod in aliis, ad scyphiferas tamen numerandis, speciebus, vix ulli scyphi à podetiis formati obveniant. Apud has apothecia [sive in podetiis elongatis terminalia horumque apicem loco diaphragmatis tegentia, fere ut in Dufourea x), sive in podetiis brevissimis elevata vel his fere destituta atque in thalli lobis subsessilia, in initio turbinata supra plana vel parum inpressa moxque hanc formam mutantia y)] pro scyphis vix haberi possunt, quales nempe sunt illi, qui a podetiis in reliquis, stricte sic dictis scyphiferis, speciebus formati observantur. Talia apothecia subscyphiformia (potius turbinata) frequenter occurrunt in margine scyphorum, etiam atque etiam apud eas species, quarum podetia scypho regulari vel irregulari terminantur; Atqui, in hoc statu, ut scyphi certe non consideranda sunt isthæc apothecia! Multæ dantur species podetiis aliis scyphiformibus aliis subulatis simul præditæ, quorum & sterilia & apotheciis sessilibus absque scyphis terminata veniuntur. Podetia ramosa & acuminata (apud species simul scy-

v) Ex. gr. in *Cenomyce unciali* & *C. rangiferina.*

x) *Cenomyce bacillaris* var. *monocarpa.* — *Cenom. pelasta*, aliæque.

y) *Cenomyce cæspiticia*, *Cenom. strepsilis*, aliæ.

phiferas) axillas non raro perforatas quoque offerunt, æque ac Cladoniæ proprie sic dictæ. Indicant præterea species omnium subdivisionum (in hoc Genere sine æqua thalli consideratione perquam arbitrariarum) limites fere nullos esse inter scyphiferas & eas, apud quas nulla inventa sunt podetia scyphiformia, quoniam formarum quasi propinquitate inter se omnes mire connectuntur atque variantur Cenomycides, hinc difficillime omnium distinguendæ. De nexu & transitu formarum Scyphophorarum ad Schasmarias sic dictas, per has ad Helopodias & Cladonias ascyphas, nec non ad Ceramias & Pycnothelias meas, habita ad podetia ratione, unusquisque observator facile persvadebitur.

Ob nomina varia, sæpe erronea, quæ hujus Generis speciebus proteiformibus earumque varietatibus ac diversis formis imposita sunt, synonyma omnium adferre & suis locis singula assignare necessarium omnino judicavi, ne ansam præbeant ejusmodi confusionis in posterum: quod ideo mihi injunxi, quum etiam nomina mea pristina non pauca perperam citaverit Cel. Flörke, ac aliis formis quam pàr est, contra mentem meam ac specimina, quæ indigitata volui, adtribuerit.

Indicem, quem adjeci, Nominum meorum nec non Synonymorum, in hoc Libro citatorum, & valde utilem fore Lectoribus & omnino necessàrium putavi. Præter opinionem mihi acciderat, ut Editor Indicem synonymorum, Lichenographiæ Universali postponendum, prorsus omitteret: sed quidquid Hujus negligentia factum est, hoc modo juvare volui, debui, ut etiam Synonyma reliqua, in majori isto meo Opere allata, nunc Indici addiderim & asterisco (*) prope numerum paginæ, ubi in isto Libro reperiuntur, indicavi.

Dabam Vadsteni ex Museo d. 18 Novembr. 1812.

# CONSPECTUS SYSTEMATICUS
# CLASSIUM, ORDINUM & GENERUM,

SECUNDUM APOTHECIA.

---

## CLASSIS PRIMA.

IDIOTHALAMI. Lichenes, quorum apothecia tota e substantia propria a thallo diversa & ei discolori formata sunt.

### ORDO PRIMUS.

HOMOGENEI. Apotheciis simplicibus, totis e substantia pulveracea vel cartilaginea subsimilari formatis.

† *Apotheciis immarginatis.*

1. SPILOMA. 2. ARTHONIA. 3. SOLORINA.

†† *Apotheciis marginatis.*

4. GYALECTA. 5. LECIDEA. 6. CALICIUM. 7. GYROPHORA. 8. OPEGRAPHA.

### ORDO SECUNDUS.

HETEROGENEI. Apotheciis subsimplicibus, e thalamio solitario formatis & peritheció nucleum includente instructis.

† *Apotheciis marginatis.*

9. GRAPHIS.

†† *Apotheciis immarginatis.*

10. VERRUCARIA. 11. ENDOCARPON.

### ORDO TERTIUS.

**Hyperogenei.** Apotheciis compositis s. pluribus intra verrucam e propria substantia formatam inclusis.

12. TRYPETHELIUM. 13. GLYPHIS. 14. CHIODECTON,

## CLASSIS SECUNDA.

COENOTHALAMI. Lichenes, quorum apothecia pro parte e thalli substantia formata sunt.

### ORDO PRIMUS.

**Phymatoidei.** Apotheciis in verrucis a thallo formatis inclusis.

15. PORINA. 16. THELOTREMA. 17. PYRENULA. 18. VARIOLARIA. 19. SAGEDIA. 20. POLISTROMA.

### ORDO SECUNDUS.

**Discoidei.** Apotheciis scutelliformibus subsessilibus, disco e substantia propria colorata formato & margine discolori a thallo proveniente cincto, instructis.

21. URCEOLARIA. 22. LECANORA. 23. PARMELIA. 24. BORRERA. 25. CETRARIA. 26. STICTA. 27. PELTIDEA. 28. NEPHROMA. 29. ROCCELLA. 30. EVERNIA. 31. DUFOUREA.

### ORDO TERTIUS

**Cephaloidei.** Apotheciis subglobosis in thalli ramulis vel podetiis terminalibus, vel sparsis sessilibus, immarginatis, subtus vel supra a thallo formatis,

† *Apotheciis lamina proligera supra tectis.*

32. CENOMYCE. 33. BÆOMYCES. 34. ISIDIUM. 35. STEREOCAULON.

†† *Apotheciis substantia thalli vestitis, massam pulveraceam includentibus.*

36. SPHÆROPHORON. 37. RHIZOMORPHA.

## CLASSIS TERTIA.

HOMOTHALAMI. Lichenes, quorum apothecia tota e substantia thalli corticali & medullari formata sunt, eique subconcolora.

### ORDO PRIMUS.

SCUTELLATI. Apotheciis scutelliformibus marginatis subsessilibus.

38. ALECTORIA. 39. RAMALINA. 42. COLLEMA.

### ORDO SECUNDUS.

PELTATI. Apotheciis terminalibus peltatis subimmarginatis.

40. CORNICULARIA. 41. USNEA.

## CLASSIS QUARTA.

ATHALAMI. Lichenes, quorum apothecia vera nulla vel saltem incognita sunt.

### APPENDIX.

43. LEPRARIA.

# CLASSIS PRIMA.

## ORDO PRIMUS.

### I. SPILOMA.

Ach. Lichenogr. Univers. p. 23. Tab. I. f. 1.

Receptaculum universale crustaceum plano-expansum adnatum uniforme. Partiale e corpusculis, in massam compactam homogeneam subpulveraceam nudam difformem coloratam, aggregatis, compositum.

1. Spiloma elegans: crusta membranacea lævigata alba; apotheciis punctiformibus substellatisque coccineis.
   Spiloma elegans. *Lichenogr. Univ. p.* 156. *Tab. I. f.* 1. *m. a.* (*excl. Syn.*)
   Habitat ad corticem arborum.
2. Spiloma tumidulum: crusta subcartilaginea albicante; apotheciis confertis tumidis oblongo-difformibus scabridis rufescentibus demum fusco-nigricantibus subpruinosisque.
   Spiloma tumidulum α & β. rubrum. *Lichenogr. Univ. p.* 136. c. *Synon.* — *Meth. Lich. p.* 11. *Tab.* 1. *f.* 5.
   Spiloma fallax. *meth. Lich. p.* 10.
   Habitat in cortice arborum.
3. Spiloma fuscatum: crusta subnulla; apotheciis solidiusculis tumidis effuso-difformibus scabriusculis umbrino-fuscis.
   Spiloma fuscatum. *Lichenogr. Univ. p.* 136.
   Habitat in ramis fruticum subputridis.

*Apothecia sparsa difformia, subrotunda oblonga repanda sublobata, solitaria vel confluentia, intus concolora mollia.*

4. SPILOMA effusum; crusta tenui ferruginea; apotheciis difformibus superficialibus planis nigrofuscis opacis subrugosis.

Habitat in Guinea ad corticem Sarcocephalis Afz.

*Apotheciorum forma determinata nulla. Tenuia sunt, quasi e pulvere compacto compressa, parumque supra crustam prominentia.*

5. SPILOMA melaleucum: crusta tenui submembranacea inæquabili subpulverulenta albida; apotheciis difformibus convexiusculis scabridis atris.

Spiloma melaleucum α, β cærulescens & γ leucopellæum. *Lichenogr. univ. p.* 137, 138.

Coniocarpon nigrum *Decandolle.*

Habitat ad corticem arborum.

*Variat crusta lineolis nigris decussata vel limitata, cinerascente, glauca, plus minusque pulverulenta.*

6. SPILOMA versicolor; crusta subcartilaginea pulverulenta rimosa cinerascente flavoque subvariegata; apotheciis immersis superficialibus subrotundis planis demum convexiusculis confluentibusque scabris atris.

Spiloma versicolor α. *Lichenogr. Univ. p.* 138.

Arthonia versicolor *Ach. in Schrad. n. Jour. f. d. Bot. I.* 1. *p.* 9. *Tab.* 4. *f.* 2. — *Engl. Bot. V.* 29. *T.* 2076.

Habitat in cortice arborum.

b. Variolosum: crusta leprosa pulverulenta cinerascente subverrucosa; apotheciis hemisphæricis confertis subconfluentibus atris.

Sp. versicolor β variolosum. *Lich. Univ. l. c. cum syn.*

7. SPILOMA tricolor: crusta subtartarea rimosa pulverulenta alba; apotheciis subrotundis convexis aggregatis confluentibus rufis detritis ferrugineo-flavescentibus.

Spiloma tricolor *Lichenogr. Univ. p.* 137. *c. syn.*

Habitat in saxis & truncis arborum.

8. SPILOMA sphærale: parasiticum; apotheciis minutis subglobosis scabris atris opacis.

Lecidea papillosa *Lichenogr. Univ. p.* 171. *(apothecia hujus, crusta Isidii).*

Habitat ad crustam & podetia Isidii corallini & Pyrenulæ thelephoræ.

9. SPILOMA verrucarium: crusta submembranacea

alba; apotheciis minutis convexis læviusculis semiimmersis fusco-nigris intus pulveraceis rufescentibus.

Spiloma Verrucaria *Lichenogr. Univ. p.* 135.

Habitat in Ind. Occid. ad corticem arborum.

10. Spiloma paradoxum; crusta subnulla sordide cinerascente; apotheciis convexiusculis subrotundis ellipticis difformibusque in sicco subsolidis fusco-nigris.

Spiloma paradoxum *Lichenogr. Univ. p.* 139.

Habitat in truncis arborum & lignis putrescentibus.

*Nimis affine* Lecideæ gibberosæ, *sed diversum apparet.*

11. Spiloma inustum; crusta tenuissima albo-cinerascente; apotheciis subrotundo-oblongis confluentibus immersis planis tenerrimis solidiusculis subrugoso-papillatis fusco-nigris.

Habitat in Africa ad Sierram Leonam supra corticem arborum lævigatam.

12. Spiloma dendriticum: parasiticum; apotheciis minutis scabris difformibus ramoso-substellatis atris opacis.

Habitat ad crustam lævigatam Porinæ pustulatæ in Gallia.

13. Spiloma microclonum; crusta tenuissima glaucescente; apotheciis erumpentibus minutis convexis confertis confluentibusque subramulosis atris.

Spiloma microclonum *Lichenogr. Univ. p.* 140. — *Meth. Lich. Suppl. p.* 5.

Habitat in ligno vetusto.

14. Spiloma xanthostigma: apotheciis (in crusta cinereo-nigricante, peregrina?) planiusculis punctiformibus pulveraceis flavo-virescentibus.

Spiloma xanthostigma. *Lichenogr. Univ. p.* 140.

Habitat ad corticem in truncis vetustis alneis & Salicinis.

15. Spiloma leucostigma; apotheciis (in crusta fusco-nigricante, peregrina?) sparsis minutis demum concaviusculis marginatis sorediformibus albis.

Spiloma leucostigma *Lichenogr. Univ. p.* 140.
Variolaria leucostigma *Meth. Lich. p.* 15. *Tab.* 1. *f.* 1.
*Clemente Ensayo &c. Add. p.* 295.

Habitat in cortice antiqua Quercuum.

16. Spiloma olivaceum. †
Spiloma olivaceum Lichenogr. Univ. p. 140.
Coniocarpon olivaceum. Decandolle.
Habitat in Gallia.

Obs. Species 10-16. adhuc dubiæ & paradoxæ.

## II. ARTHONIA.

Ach. Lichenogr. Univers. p. 25. Tab. I. f. 3. 4.

Receptaculum universale crustaceum plano-expansum adnatum uniforme. Partiale innato-sessile subrotundo-difforme immarginatum (atrum) membrana subcartilaginea tectum, parenchymate solido similari.

1. Arthonia punctiformis: crusta subdeterminata membranacea lævigata olivaceo-fuscescente, apotheciis minutis subrotundis sparsis subimmersis plano-convexiusculis atris.
Arthonia punctiformis α olivacea. Lichenogr. Univ. p. 141.
Arthonia verrucarioides Ach. ap. Schleich. Pl. Cr. Cent. 5. n. 53.
Habitat ad corticem teneram in ramis arborum.
β. A. galactina: crusta subeffusa alba; apotheciis minutis convexiusculis subrotundis difformibusque.
A. punctiformis β galactina Lich. Univ. l. c.
Verrucaria galactina Decandolle.
γ. A. glaucescens: crusta effusa cinereo-glaucescente; apotheciis punctiformibus planis.
A. punctiformis γ glaucescens. Lich. Univ. p. 142.
δ. A. hysterina: crusta tenui glaucescente lævigata demum subtuberculosa; apotheciis junioribus ellipticis impressione longitudinali, adultis subrotundis planiusculis rugulosis.
Habitat in sæpimentis ligneis Sveciæ.

2. Arthonia palmicola: crusta tenui subleprosa (subnulla) sordide cinereo-albicante; apotheciis subrotundo-difformibus convexis inæqualibus glabriusculis atris intus hyalinis.
Habitat in Ægypto ad caudicem Palmarum.

3. Arthonia moriformis: crusta tenui cinerascente (subnulla); apotheciis subglobosis nitidiusculis tuberculato-conglomeratis atris intus corneis.
Sphæria moriformis? *Pers. Synops. Fung. p.* 86. (*exclusis forte variett.* β & γ *Tod. Fung.* 2. *p.* 22. *Tab.* 11. *F. g. var.* α?
Habitat in asseribus & sæpimentis ligneis vetustis..

4. Arthonia Sphærula: crusta cartilagineo-membranacea glabriuscula alba nigro-limitata; apotheciis subglobosis semi-immersis a crusta elevata circumcirca arete cinctis atris, intus concoloribus.
Habitat in Gallia ad corticem arborum.
*Similis* Verrucariæ stigmatellæ, *habitus* Pyrenulæ.

5. Arthonia Swartziana: crusta cartilagineo-membranacea albida; apotheciis sessilibus latiusculis tumidulis subrotundis repandis irregularibus confluentibusque elevato-punctatis atris.
Arthonia Swartziana *Lichenogr. Univ, p.* 142. — *Ach. ap. Schrad. in n. Journ. f. d. Bot.* 1. 3. *p.* 13. *Tab.* 4. *f.* 1.
Habitat ad corticem arborum. Etiam in Guinea.
*Crusta & apothecia interdum albo-pruinosa.*
b. cinerascens: crusta cinerea; apotheciis minutis crebris difformibus.
A. Swartziana β cinerascens. *Lichen. Univ. l. c.*

6. Arthonia gyrosa: crusta membranacea albicante nitida nigro-limitata; apotheciis adpressis dilatatis planis angulato-crenatis irregularibus gyroso-rugosis atris.
Arthonia gyrosa *Lichenogr. Univ .p.* 144. — *Ach. apud Schrad. l. c. p.* 14. *Tab.* 4. *f.* 5.
Opegrapha boscura β. spilota. *Meth. Lich. p.* 23.
Habitat in cortice ramorum.
*An ab insequente omnino distincta Species?*

7. Arthonia astroidea: crusta membranacea alba cinereoque glaucescente; apotheciis crustæ adpressis planis angulosis substellatis difformibus atris.

Arthonia radiata β. astroidea. Lich. Univ. p. 144. c. synon.
Opegrapha astroidea Meth. Lich. p. 25. — Wahlenb. Fl. Lapp. p. 467.

Habitat ad corticem lævigatam in truncis & ramis arborum.

b. radiata: crusta cinerascenti-subolivacea; apotheciis radiato-stellatis pedatisque rugosis.

Arthonia radiata α. Lichen. Univ. l. c.
A. astroidea radiata. β Ach. ap. Schrad. l. c. p. 19.
Opegrapha radiata α. Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. 7. p. 29. T. 2. f. 5. B.

β. A. tynnocarpa: crusta determinata albicante apotheciis minutis creberrimis convexiusculis irregularibus substellatisque rugoso-punctatis.

A. radiata δ tynnocarpa; γ stellulata & ε hyparcha. Lich. Univ. p. 145.
A. astroidea β tynnocarpa & A. astroidea. Ach. ap. Schrad. l. c. p. 17. 18. Tab. 4. f. 4, 5.

γ. A. anastomosans: crusta tenui incana; apotheciis minutis difformibus subramosis flexuosis anastomosantibus.

A. radiata ζ anastomosans. Lich. Univ. p. 146.

δ. A. opegraphina: crusta sordide alba; apotheciis quibusdam depressis linearibus submarginatis reliquis congestis convexis difformibus substellatis scabridis inæqualibus.

A. radiata η opegraphina. Lich. Univ. in add. p. 669.

8. Arthonia obscura: crusta membranacea subolivacea; apotheciis minutis planis concaviusculis submembranaceis ovali-ellipticis reniformibusque subimmersis rugosiusculis atris.

Arthonia obscura α, β reniformis. Lichenogr. Univ. p. 146. — Ach. ap. Schrad. l. c. p. 15; 16.
Opegrapha obscura & O. reniformis. Ach. Meth. Lich. p. 22, 23. — Pers. ap. Ust. l. c. 31. 32. Tab. 2. f. 3 B. C. Tab. 3. f. 5. B.
Lichen obscurus Ach. Prodr. — Engl. Bot. V. 25. T. 1752.

Habitat in epidermide & cortice arborum.

β. A. melantera; crusta e glauco vel fusco-nigricante; apotheciis immersis oblongis difformibusque concaviusculis.
Arthonia melantera. *Lich. Univ. p.* 143.

9. Arthonia polymorpha: crusta subpulverulenlenta albissima; apotheciis difformibus: subrotundis oblongis, integris angulosis crenulatis lobatis, immarginatis submarginatisque, elevato-punctatis rugosis, planis demum magnis tumentibus subtuberculosisque atris.
Habitat in Ind. Occid. præcipue ad corticem Crotonis Cascarillæ.

β. A. maculans: crusta lævigata nuda alba; apotheciis planis adpressis subimmersis confluentibus demum amplissimis difformibus.
Spiloma maculans. *Lichenogr. Univ. p.* 136.
Arthonia bombacina. *ibm. p.* 143.
Habitat in America ad corticem variarum arborum.

γ. A. substellata: crusta cinereo-albicante nigro-limitata; apotheciis convexiusculis variis subrotundis stellatis ramosisque.
Spiloma maculans β. substellatum. *Lich. Univ. in Add. p.* 669.
Habitat ad corticem arborum in India Occid.

10. Arthonia lurida: crustà cartilagineo-membranacea contigua fusco-lurida; apotheciis subrotundo-difformibus tumidis læviusculis atris.
Arthonia lurida *Lichenogr. Univ. p.* 143.
Habitat in cortice Pinorum.

11. Arthonia lyncea: crusta tenui subtartarea æquabili subrimosa alba; apotheciis confertis planis subimmersis subrotundo-oblongis curvisque nigris cæsio-pruinosis.
Arthonia lyncea. *Lichenogr. Univ. p.* 147. — *Ach. ap. Schrad. l. c. p.* 11.
Lecidea lyncea. *Meth. Lich. p.* 52.
Lichen lynceus. *Engl. Bot. V.* 12. *Tab.* 809.
Habitat ad corticem arborum annosarum.

12. Arthonia pruinosa: crusta tenui subtartarea inæquabili lævi rimosa alba; apotheciis planis immersis subrotundo-polygonis confluentibus obscure fuscis glauco-pruinosis.
Arthonia pruinosa. *Lichenogr. Univ. p.* 147. *c. synon.*
Lich. pruinatus *Pers.*

Parmelia impolita. *Meth. Lich. p.* 160.
Lichen impolitus. *Ehr. Cr. — Engl. Bot. V.* 14. *Tab.* 981.
Verrucaria impolita *Hoffm. Fl. Germ. p.* 172.
Habitat in cortice præcipue Quercuum.

---

## III. SOLORINA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 27. Tab. I. f. 5. 6.

RECEPTACULUM universale foliaceum coriaceum lobatum, subtus liberum lanugine venosum l. fibrillosum. Partiale adnatum rotundatum immarginatum membrana colorata tectum, parenchymate solido celluloso-vesiculifero.

---

1. SOLORINA crocea: thallo lobato cinnamomeo subtus croceo venoso; apotheciis tumidulis spadiceis.
Solorina crocea. *Lichenogr. Univ. p.* 149. *cum reliquis Synon.*
Peltidea crocea. *Meth. Lich. p.* 290. — *Vahlenb. Fl. Lapp. p.* 445.
Lichen croceus. *Linn. Fl. Sv. n.* 1101. — *Engl. Bot. Tab.* 498. — *Vulf. ap. Jacqu. Coll.* 4. *p.* 255. *Tab.* 11. *f.* 2. 3.
Peltigera crocea. *Hoffm. Pl. Lich.* 2. *p.* 60. *Tab.* 41. *f.* 2-4. *T.* 42. *f.* 4. 5.
Habitat ad terram in rupibus & alpibus locis siccis denudatis.

2. SOLORINA saccata: thallo lobato cinereo-virescente subtus albidiori fibrilloso; apotheciis demum depresso-saccatis subfuscis.
Solorina saccata. *Lichenogr. Univ. p.* 149. *c. synon. reliquis.*
Peltidea saccata. *Meth. Lich. p.* 291. — *Vahlenb. Fl. Lapp. p.* 446.
Lichen saccatus. *Linn. fl. Sv. n.* 1102. — *Engl. Bot. Tab.* 288.
*Dillen Hist. Musc. T.* 30. *f.* 121. — *Mich. Gen. T.* 52. *f.* 1.
Habitat in terra irrigata supra muscos ad radices arborum & rupium umbros.

---

## IV. GYALECTA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 30. Tab. 1. f. 7-9. T. 6. f. 10.

Receptaculum universale crustaceum plano-expansum adnatum uniforme. Partiale scutelliforme urceolatum crustæ immersum subcartilagineum tenue similare, fundo concavo, apertura submarginata coarctata.

---

1. Gyalecta epulotica: crusta contigua demum subrimosa pallide testacea; apotheciis rotundatis passim confluentibus difformibus subrubellis, ambitu elevato libero integro.
   Gyalecta epulotica. *Lichenogr. Univ. p.* 151. *T.* 1. *f.* 7.
   Habitat in saxis.

2. Gyalecta geoica; crusta inæquabili subpulverulenta cinerascente; apotheciis aggregatis concoloribus, fundo lutescente, ambitu pulverulento.
   Gyalecta geoica. *Lichenogr. Univ. p.* 151.
   Urceolaria geoica. *Meth. Lich. p.* 149.
   Lichen geoicus. *Wahlenb. Nov. Act. Stockh. V.* 27. *p.* 142. *T.* 4. *f.* 6.
   Habitat ad terram arenariam.

3. Gyalecta Wahlenbergiana: crusta leprosa inæquabili albopallescente; apotheciis sparsis pallidis, fundo subtestaceo, ambitu coarctato-inflexo subrugoso.
   Gyalecta wahlenbergiana. *Lichenogr. Univ. p.* 152.
   Urceolaria foveolaris. *Meth. Lich. p.* 149.
   Lichen foveolaris *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 405.
   Habitat in terra muscosa locis obscuris cryptarum alpium Lappon. usque ad Nord-Cap.

   β. G. truncigena: crusta leprosa cinereo-subvirescente; apotheciis minutissimis subimmersis.
   Gyalecta Wahlenbergiana β truncigena. *Lich. Univ. p.* 152.
   Habitat in Helvetia ad truncos arborum.

4. Gyalecta Persooniana: crusta cartilaginea inæquabili albicante; apotheciis submembranaceis sparsis flavo-cerinis concavis, ambitu prominente subflexuoso, demum subemergentibus planiusculis.

Habitat in Gallia ad corticem arborum.

*Apothecia per ætatem planiuscula subsessilia* Lecideæ *speciem simulantia.*

5. Gyalecta Thunbergiana: crusta inæquabili subrimosa pulverulenta sordide alba; apotheciis atris, fundo subcæsio-pruinoso, ambitu subprominente integro.

Gyalecta Thunbergiana. *Lichenogr. Univ. p.* 152.

Urceolaria excavata *Meth. Lich. p.* 148.

Lichen excavatus. *Thunb. Fl. Cap. Prodr. p.* 176.

Habitat in argilla arenosa ad Cap. b. Spei.

6. Gyalecta bryophila: crusta rugoso-plicata alba subcinerascente; apotheciis nigro-cæsiis, fundo dilatato, ambitu elevato inflexo subcoarctato acutiusculo marginem thallodem spurium ad basin subinde coronato.

Urceolaria bryophila. *Lichenogr. Univ. p.* 341. (*exclus. Synon. Hoffm. & variett.*)

Urceolaria scruposa ε bryophila. *Meth. Lich. p.* 148. — *Fl. Dan. V.* 8. *Tab.* 1351. *f.* 2.

Lichen bryophilus *Ehrh. Dec.* — *Schleich. Pl. Cr. Cent.* 1. *n.* 60.

Habitat ad terram supra muscos destructos.

*Variat crusta nuda & superficie albo-pulverulenta. Margo thallodes proprie nullus quare potius Gyalectæ quam Urceolariæ species.*

7. Gyalecta cretacea: crusta tartarea crassa contigua molli pulverulenta; apotheciis totis immersis, concaviusculis nigris pruinosis, ambitu crasso tumido integerrimo.

Habitat in Helvetia ad rupes.

*Similitas multa cum* Urceolaria diacapsi & U. gypsacea, *a quibus tamen essentialiter distincta.*

8. Gyalecta æthalea: crusta determinata nigrolimitata cinereo-fumosa tenuissime rimosa; apotheciis minutis nigris demum planiusculis.

Gyalecta æthalea *Lichenogr. Univ. in Add. p.* 669.

Habitat supra lapides Schistosos.

## V. LECIDEA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 32. Tab. II. F. 1-7.

Receptaculum universale varium, crustaceum expansum adnatum uniforme l. effiguratum, foliaceum, stuppeum. Partiale scutelliforme sessile membrana cartilaginea undique vestitum, parenchyma solidiusculum similare includens; disco æquabili marginato.

† *Thallo crustaceo uniformi* (Catillaria).

* *Apotheciis constanter atris nudis.*

1. Lecidea atrata crusta tenui rimulosa punctulata aterrima; apotheciis crustæ innatis verruciformibus concoloribus, disco urceolato.
Gyalecta atrata. *Lichenogr. Univ. p.* 152.
Lecidea atrata. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 475.
Habitat in rupibus siccis maritimis Finmarckiæ.

2. Lecidea coracina: crusta subdeterminata rimoso-areolata cinerascenti-nigra: apotheciis intra areolas immersis planis demum convexis subangulosis atris, intus concoloribus.
Lecidea coracina. *Lichenogr. Univ. p.* 161.
Parmelia coracina. *Meth. Lich. p.* 157. (*excl. syn. Dicks.*)
Verrucaria coracina *Hoffm. Fl. Germ. p.* 183. — *Sturm Fl. Germ. T.* 24. 7*** *f. a. B.*
Habitat in montibus.
*An sequentis varietas?*

3. Lecidea atro-alba: crusta effusa tenuissime rimosa atra, areolis tuberculiformibus albicantibus adspersa; apotheciis plano-convexiusculis immixtis atris, intus concoloribus.
Lecidea atro-alba & *var.* β fimbriata. *Lich. Univ. p.* 162. — *Meth. Lich. p.* 45. — *Wahlenb. Fl. Lapp p.* 471.
Lichen atro albus *Linn. Fl. Sv.* 1064.
Verrucaria atro alba. *Hoffm. Fl. G. p.* 182.
Habitat ad lapides.
*Crustæ atræ ambitus aliquando fimbriatus.*

β. L. concreta: areolis cinereo-fuscecentibus

planiusculis approximatis subiculum atrum subobtegentibus.

Lecidea atro-alba γ concreta. *Lich. Univ. l. c.* — *Wahlenb. l. c.*

Habitat in saxis alpinis.

4. Lecidea fusco-atra: crusta tenuissima atra, areolis castaneis planis marginatis nitidis adspersa; apotheciis convexiusculis immixtis atris marginatis, intus albidis.

Lecanora fusco-atra & *var.* β dendritica. *Lichenogr. Univ.* p. 359.

Lecidea fusco-atra. *Meth. Lich.* p. 44. — *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 473.

Lichen fusco ater. *Linn. Fl. Sv.* n. 1063. — *Wulf. ap. Jacqu. Coll.* 2. T. 14. *f.* 3.

Verrucaria fusco-atra. *Hoffm. Fl. G.* p. 181. — *Pl. Lich.* T. 54. *f.* 1. (Patellaria).

Psora dendritica. *Hoffm. Fl. G.* p. 168. — *Pl. Lich.* T. 19. *f.* 4. (Verrucaria).

Habitat in saxis & montibus apricis.

*Crusta atra etiam fimbriata occurrit.*

β L. gibba: areolis gibbosis subimbricatis subiculum atrum obtegentibus.

Lecidea fusco-atra β gibba. *Wahlenb. Fl. Lapp. l. c.*

Habitat ad lapides præcipue in littoribus marinis.

5. Lecidea fumosa: crusta subcartilaginea rimoso-areolata lævigata grisea fuscescente; apotheciis crustæ innatis planis marginatis demum convexis conglomeratisque immarginatis atris, intus cinereo-nigricantibus.

Lecidea fumosa. *Lichen. Univ.* p. 157. — *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 475. — *Flörke in Berl. mag.* 3. p. 312. — *Clemente Ensayo &c. Add.* p. 296.

Verrucaria fumosa. *Hoffm. Fl. G.* p. 190. — *Pl. Lich.* T. 49. *f.* 2. (Patellaria).

Lecidea oechumena α, & *var.* β athrocarpa (*exclusis synon.*) *Lich. Univ.* p. 157. 158. — *Meth. Lich.* p. 42. (*excl. synon.*)

Lecidea athroocarpa. *Meth. Lich.* p. 41.

Lichen gibbosus. *Dicks. Pl. Cr. Br.* 2. *Tab.* 6. *f.* 5.

Habitat in lapidibus petrisque apricis siccis.

b. Mosigii: crusta nigro-limitata læviuscula cinereo-fuscescente; apotheciis immersis, disco plano pruinoso subcæsio, margine tenui nigricante.

Lecidea fumosa β Mosigii. *Lich. Univ.* p. 157.

ε. Testudinea: crusta determinata, ambitu plicato-radiato, areolato-rimosa, areolis glabris olivaceis margine atris; apotheciis minutis sessilibus.

Lecidea cechumena γ testudinea. *Lich. Univ. p.* 158.

6. Lecidea pantostiota: crusta rimosa albo-cinerascente, areolis planis; apotheciorum lamina crustæ immersa plana latiuscula demum confluenti-difformi immarginata atra.

Lecidea pantosticta α *Lichenogr. Univers. p.* 154.

Habitat ad saxa duriora.

β. L. polyblasta: crusta lævigata rimosa cervina; apotheciis immersis planis nigro-fuscis in singula areola unico secundum areolarum angulos formato.

Lecidea pantosticta β. polyblasta. *Lich. Univ. l. c.*

γ. L. spilota: crusta areolato-rimosa inæquabili albicante; apotheciis crustæ adpressis planis margine proprio tenui elevato thallodem spurium subtegente.

Lecidea pantosticta γ spilota. *Lichen. Univ. l. c.*

δ. L. viridana: crusta pallide flavo-virescente, areolis inæqualibus angulosis; apotheciis subelevatis.

Lecidea pantosticta δ spilota. *Lich. Univ. l. c.*

Lecidea lapicida ϑ illuta. *Lich. Univ. p.* 166.

7. Lecidea lapicida: crusta tartarea rimosa albido-cinerascente; apotheciis inter crustæ areolas depressis planis demum convexis subconfluentibus atris, intus corneis cinerascenti-nigris, margine tenui.

Licidea lapicida α, & *var.* β. pantherina. *Lichenogr. Univ. p.* 159. (*excl. var.* ϑ. illuta, & ι lithophila). — *Meth. Lich. p.* 37. -- *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 472.
Lecidea cinereo-atra. *Lichenogr. Univ. p.* 167.
Lecidea coniops β æquata. *ibm. p.* 171.
Verrucaria contigua & γ. pantherina *Hoffm. Fl. G. p.* 184. -- *Pl. Lich. Tab.* 57. *f.* 2. *T.* 62. *f.* 1-4. (Patellaria).
Lichen contiguus. *Eng. Bot. V.* 12. *Tab.* 821.
Habitat in lapide.

b. cicatricosa: crusta cinereo-fumosa, areo-

lis rugoso-rimosis impressionibusque minutis irregularibus rufescentibus notatis, apotheciis aggregatis angulosis.

Lecidea lapicida γ cicatricosa. *Lich. Univ. l. c.*

β. L. monticola: crusta tenui effusa subrimosa glauco-cinerascente ferrugineaque; apotheciis sessilibus planis atris subinde cærulescentibus, margine tenui elevato.

Lecidea lapicida δ monticola. *Lich. Univ. l. c.*

*Variat crusta cinerascente demum ferruginea fere contigua.*

γ. L. latypea: crusta effusa granulato-areolata inæquabili albida subcinereaque; apotheciis in crustæ areolis sessilibus planis atris subnitentibus, intus concoloribus.

Lecidea lapicida ε. latypea. *Lich. Univ. p.* 160.

Lecidea latypea. *Meth. Lich. in Suppl. p.* 10.

δ. L. cyanea: crusta cinereo-cæsia rimosa nigro-limitata; apotheciis adpressis planis cærulescenti-pruinosis, margine atro, intus substrato discoideo albidis.

Lecidea lapicida η. cyanea. *Lich. Univ. p.* 160. -- *Meth. Lich. p.* 38.

ε. L. radians: crusta suborbiculari alba, nigro-limitata, areolis in ambitu subdiscretis radiantibus; apotheciis sessilibus concaviusculis, margine tumido.

Lecidea lapicida ζ radians. *Lich. Univ. p.* 160. -- *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 472.

8. LECIDEA lithophila: crusta effusa tenui cohærenti subgranulosaque cinerascente vel subnulla; apotheciis sessilibus planis demum aggregatis angulosis marginatis immarginatisque atris opacis intus albidis.

Lecidea lapicida ι. lithophila. *Lichenogr. Univ. p.* 160.

Habitat ad lapides (inprimis micaceos sine crusta) inque muris.

*Apotheciis omnino sessilibus, margine subtus liberis atque substantia intus alba a* L. lapicida *dignoscitur.*

9. LECIDEA ambigua: crusta tenui rimosa cinerea; apotheciis minutis junioribus crustæ immersis, margine subcinerascente, adultis superficialibus subimmarginatis, omnibus planis atris intus concoloribus.

Lecidea ambigua. *Lichenogr. Univ. p.* 161.
Verrucaria cinereo-atra? *Hoffm. Fl. G. p.* 188.
Lichen atro-albus? *Wulf. ap. Jacqu. Coll.* 2. *T.* 14.
Habitat in Saxis.
b. griseo-atra: crusta griseo-fumosa subfuscescente, areolis convexis subverruciformibus.
Lecanora griseo-atra. *Lichen. Univ. p.* 349. (*exclus. forte Synon. Hoffm.*)

10. Lecidea petraea: crusta tenui orbiculari tenuissime subrimosa subpulverulenta alba; apotheciis crustæ innatis crassis protuberantibus subconcentricis atris, intus concoloribus, disco impresso, margine tumido elevato subcoarctato.
Lecidea petræa α *Lichenogr. Univ. p.* 155. (*exclus. var.* γ *obscurata*) *Meth. Lich. p.* 57.
Verrucaria petræa. *Hoffm. Fl. G. p.* 184. & *Pl. L. Tab.* 50. *f.* 2.
Lichen petræus. *Wulf. ap. Jacqu. Coll.* 5. *p.* 116. *Tab.* 6. *f.* 2. *a.*
Habitat in saxis & rupibus.
b. callistea; crusta albido-vel cinerascenti-cæsia sublimitata; apotheciis tumidis irregulariter sparsis demum elevatis, disco subpapillato, margine thallode spurio subtus cinctis.
Lecidea petræa β callistea & *var.* ε excentrica. *Lich. Univ. p.* 155. 156. — *Meth. Lich. p.* 37. & *in Suppl. p.* 9.
Verrucaria tigrina. *Hoffm. Fl. G. p.* 185. — *Pl. Lich. T.* 50. *f.* 1. *T.* 57. *f.* 1. (Patellaria).
c. nordlandica: crusta rimoso-areolata inæquabili cinerea, areolis passim elevatis, apotheciis in his innatis conglomeratis planiusculis nigris margine elevato.
Lecidea petrææ var? *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 476.
Habitat in saxis & petris quartzosis Finmarckiæ Nordlandicæ.
d. globulata: crusta subcontigua subpulverulenta alba; apotheciis elevatis subglobosis passim confluentibus, disco umbilicato subplicato gyrosoque.
Lecidea petræa δ globulata. *Lich. Univ. p.* 156.

11. Lecidea stigmatea: crusta tenui contigua murina subinde nigropunctata; apotheciis sessilibus planis marginatis atris, intus albis, demum convexis subglobosisque immarginatis.
Lecidea stigmatea. *Lichenogr. Univ. p.* 161.

Habitat ad lapides silaceos.

b. micr 0spis: crusta tenuissima obscuro-cinerea subpulverulenta: apotheciis minutissimis planis submarginatis.

Habitat in saxis Helvetiæ.

12. Lecidea murina: crusta tenui effusa contigua murina; apotheciis minutis sessilibus crassis glabris nitidis atris intus concoloribus, disco depresso, margine tumido.

Lecidea murina. *Lichenogr. Univ.* p. 171.

Habitat ad saxa silacea.

13. Lecidea plocina: crusta tartarea effusa contigua demum plicato-gyrosa pulverulenta albissima; apotheciis subimmersis sessilibusque concavis atris intus concoloribus, margine elevato, flexuoso-difformibus.

Lecidea plocina. *Lichenogr. Univ.* p. 155.

Habitat ad lapides.

14. Lecidea amylacea: crusta tartareo-pulverulenta subrimosa inæquabili lactea; apotheciorum lamina crustæ adnata plana tenuiter marginata atra, demum in basi thallode elevata convexa immarginata.

Lecidea amylacea. *Lichenogr. Univ.* p. 172. -- *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 476. (*excl. var.* β *Speirea*).

Parmelia amylacea. *Meth. Lich.* p. 159.

Lichen amylaceus. *Ach. in Nov. Act. Stockh.* V. 15. p. 191. *Tab.* 6. *f.* 6.

Habitat in montibus.

*Cfr. observatio infra ad* Lecideam speiream *facta.*

15. Lecidea confluens: crusta tartarea subeffusa rimoso-areolata æquabili fumoso-cinerea; apotheciis sessilibus demum irregularibus convexis subglobosis confluentibus atris immarginatis, intus coloribus strato sub disco tenui cinerascente.

Lecidea confluens. α, *var.* β pilularis, γ ochromela & ε. steriza *Lichenogr. Univ.* p. 174. (*excl. var.* δ alboso-naria). -- *Meth. Lich.* p. 40. -- *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 472. -- *Clemente Ensayo &c. Add.* p. 296.

Verrucaria confluens. *Hoffm. Fl. G.* p. 184. -- *Pl. L.* *Tab.* 19. *f.* 1.

Lichen confluens. *Web. Spicil. Fl. G.* p. 180. *Tab.* 1. *f.* 2. -- *Fl. Dan.* V. 8. *T.* 1350. *f.* 1.

Habitat in saxis & rupibus.

*Crusta interdum plane deficit, interdum colore ochraceo suffusa.*

16. LECIDEA caesia: crusta tartarea contigua tenuissime rugulosa albo-cæsia subpruinosa; apotheciis sessilibus crassis tumentibus atris intus albis, disco plano-depresso, margine coarctato tenui.

Habitat supra saxa in Svecia.

*Crustæ natura & apotheciorum forma a* Lecidea confluente *valde distincta. Quando apothecia magis congeruntur margine flexuosa & angulosa evadunt, neutiquam vero convexa & confluentia.*

17. LECIDEA platycarpa: crusta tartarea subcontigua inæquabili alba; apotheciis subsessilibus amplis planis atris intus concoloribus, strato sub disco cartilagineo albo, margine persistente integerrimo.

Lecidea platycarpa. *Lichenogr. Univ. p.* 173.

Habitat in saxis.

18. LECIDEA premnea: crusta tenui submembranacea molliuscula cinerascente; apotheciis planis sessilibus atris, strato sub disco cartilagineo albo, margine elevato ruguloso, demum flexuoso.

Lecidea premnea. *Lichenogr. Univ. p.* 173, & *var.* β. taxicola. *ibm. in Add. p.* 670.

Habitat ad truncos arborum.

19. LECIDEA parasema: crusta tenui submembranacea alba cinerascente nigrolimitata demum effusa sub-granulata; apotheciis planiusculis sessilibus marginatis atris, intus nigricantibus.

Lecidea parasema α & *var.* γ athroa. *Lichenogr. Univ. p.* 175. (*excl. var.* β elæochroma) *Meth. Lich. p.* 35 -- *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 469. -- *Clemente Ensayo &c. Add. p.* 296.

Verrucaria punctata, limitata, guttata. *Hoffman. Fl. G. p.* 192.

Lichen sanguinarius. *Hoffm. Enum. Lich. p.* 27. *Tab.* 5. *f.* 3. 4.

Habitat ad corticem arborum & ligna.

b. punctata: crusta tenui effusa cinerea vel glaucescente & subnulla; apotheciis utplurimum minutis sparsis demum convexiusculis integerrimis.

Lecidea parasema ε. punctata & ζ. microcarpa. Lich. Univ. p. 176. -- Var. γ. punctiformis. Wahlenb. Fl. Lapp. l. c.
Verrucaria punctiformis. Hoffm. Fl. G. p. 193.

c. rugulosa: crusta subeffusa rimoso-rugosa granulata inæquabili; apotheciis adpresso-subimmersis demum convexis irregularibus subconfluentibus glomeratisque.

Lecidea parasema δ rugulosa. Lich. Univ. l. c. cum. synon.

d. myriocarpa: crusta effusa subleprosa inæquabili pulverulenta obscure cinerea; apotheciis minutis confertissimis plano-convexis demum subglobosis.

Lecidea parasema η. myriocarpa. Lich. Univ. l. c. cum synon.

e. crustulata: crusta subtartarea contigua albicante; apotheciis sessilibus demum convexiusculis.

Lecidea parasema ϑ crustulata. Lich. Univ. l. c.

Habitat in saxis.

f. saprophila: crusta subnulla; apotheciis planis demum convexis majoribus sparsis passimque aggregatis.

Lecidea parasema ι. saprophila. Lich. Univ. p. 177.

20. LECIDEA elæochroma: crusta sublimitata ruguloso-granulata rimosaque pallide-flavo-virescente; apotheciis confertis demum convexis subæruginoso-atris, intus cinerascentibus.

Lecidea parasema β elæochroma. Lichenogr. Univ. p. 275. — Wahlenb. Fl. Lapp. p. 469.
Verrucaria olivacea. Hoffm. Fl. G. p. 192.

Habitat ad corticem arborum inque saxis.

*Crusta jam subeffusa jam limitata plus minus inæquabilis & granulata. Apothecia juniora plana marginata, adulta convexa subimmarginata rugosa difformia scabrida, interdum subæruginosa, intus plus minus ex albo cinerascentia cornea raro nigricantia.*

21. LECIDEA corrugata: crusta cartilagineo-membranacea lævigata subtuberculosa albicante; apotheciis sessilibus sparsis immarginatis atris nitentibus, disco planiusculo subcollapso rugoso-plicato.

Habitat in Svecia ad ligna vetusta.

22. LECIDEA enteroleuca: crusta subcartilaginea cinerascente; apotheciis adpressis planiusculis subimmarginatis atris intus albis.

Lecidea enteroleuca *α*. *Lichenogr. Univ. p.* 177.

Habitat in cortice arborum & ad ligna semiputrida.

b. grandinosa: crusta granulata inæquabili sordide cinerea; apotheciis irregularibus scabriusculis.

Lecidea enteroleuca *β*. grandinosa. *Lich. Univ. l. c.*

23. LECIDEA dolosa: crusta rugoso-subgranulata ferrugineo-cinerascente; apotheciis superficialibus planis marginatis demum flexuosis convexisque atris intus concoloribus, margine tandem evanescente.

Lecidea dolosa *α*. *Lichenogr. Univ. p.* 181. — *Meth. Lich in Suppl. p.* 11. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 470.

Habitat in cortice squamosa Abietis.

*Varietas β* robu nea. *Lich. Univ. l. c. apothecia tantum vetusta offert & crustam a* Lepraria rubente *senescente obductam.*

24. LECIDEA squalida: crusta rugoso-plicata granulata inæquabili cinereo-fuscescente, granulis sublobatis; apotheciis adpressis planis marginatis demum convexis irregularibus confluentibus conglomeratisque nigris, intus albidis.

Lecidea squalida. *Lichenogr. Univ. p.* 169.
Lichen squalidus. *Schleich. Pl. Cr. Cent.* 3. *n.* 75.

Habitat ad terram in rupibus.

25. LECIDEA aromatica: crusta subcartilaginea squamuloso-granulata glauco-cinerascente, granulis planiusculis passim subimbricatis crenulatis; apotheciis sessilibus plano-concaviusculis marginatis demum flexuosis aggregatis atris, intus solidis concoloribus.

Lecidea aromatica *Lichenogr. Univ. p.* 168. — *Turner in Act. Soc. Linn. Lond. V. g. T.* 2. *f.* 1.

Habitat ad terram arenariam concretam.

26. LECIDEA sanguinaria; crusta rugoso-verrucosa cinereo-albicante; apotheciis demum convexis hemisphæricis subtuberculosis atris, intus corneis nigris, strato inferiori pulveraceo sanguineo.

Lecidea sanguinaria. *Lichenogr. Univ.* p. 170. — *Meth. Lich.* p. 59. — *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 469.
Verrucaria sanguinea. *Hoffm. Fl. G.* p. 194. — *Pl. Lich.* 2. p. 58. *Tab.* 41. *f.* 1.
β. L. cupularis: crusta subtartarea subcontigua albo-virescente; apotheciis superficialibus urceolatis albis, disco dilute lateritio, extus passim pulverulentis.

Lecidea marmorea β. cupularis, *Lichenogr. Univ.* p. 193.
Lecidea cupularis. *Meth. Lich.* p. 56.
Lichen cupularis. *Hedw. St. Cr.* 2. p. 58. T. 20. f. B. — *Dicks. Pl. Cr. Br.* p. 18. — *Wither. Arr.* V. 4.
Lichen marmoreus. *Wither. Arr.* l. c. T. 31. f. 8. 6. — *Hoffm. En. Lich.* p. 44. T. 6. f. 4.

Habitat in rupibus schistosis & calcariis.

124. Lecidea alabastrina: crusta tenui lævigata subpruinosaque albo-subglaucescente; apotheciis plano-convexis integerrimis, concoloribus, disco albo-roseo.

Lecidea alabastrina α. *Lichenogr. Univ.* p. 190.
Lichen glabratus *Dicks.* (*secundum Specim. a Cl. Turner missum.*)
Lichen albo-incarnatus? *Wulf. ap. Jacqu. Coll.* 3. p. 107. T. 2. f. 3.

Habitat ad corticem vetustam arborum.

β. L. sphæroides; crusta tenui subpulverulenta albo-virescente; apotheciis immarginatis demum subglobosis conglomeratis pallido-carneis.

Lecidea vernalis β. sphæroides. *Lich. Univ.* p. 199. — *Meth. Lich.* p. 68.
Verrucaria conglomerata. *Hoffm. Fl. G.* p. 174.
Lichen sphæroides. *Dicks. Pl. Cr. Br.* 1. p. 9. T. 2. f. 2.

γ L. rosella: crusta subcartilaginea diffracto-rimosa subinde granulata leprosaque cinereo-virescente; apotheciis plano-convexiusculis ro-

seo-incarnatis tandem fuscescentibus, margine dilutiori.

Lecidea alabastrina β. rosella & γ. anceps. *Lich. Univ. l. c.*

Lecidea rosella, & *var.* β. anceps. *Meth. Lich. p.* 57.

Lichen rosellus. *Persoon ap. Ust. in Annal. d. Bot. St.* 7. *p.* 25. — *Fl. Dan. V.* 7. *Tab.* 1245. *f.* 2.

δ. L. leucinata: crusta leproso-pulveracea cinereo-fusco-viridi; apotheciis adpressis planis subrotundis livido-carneis immarginatis, in ambitu albidioribus.

Lecidea leucinata. *Lichenogr. Univ. p.* 190.

Habitat in Saxis Helvetiæ, Sveciæ.

****** *Apotheciis pallidis, flavicantibus, cerinis & subaurantiis.*

125. Lecidea argena: crusta subdeterminata membranacea æquabili lactea, pulvere virescenti-candido demum pallide rufescente conspersa; apotheciis superficialibus pallidis, margine dilutiori. †

Lecidea argena. *Flörke in Berl. Mag.* 1807. *p.* 13. — *Lich. Univ. p.* 209.

Habitat ad arborum truncos.

*An a* Lecidea alabastrina *diversa species?*

126. Lecidea melizea: crusta tenui alba pulverulenta; apotheciis plano-concavis glabris marginatis pallide flavis.

Lecidea melizea. *Lichenogr. Univ. p.* 194.

Lichen lutens. *Dicks. Pl. Cr. Br.* 1. *p.* 11. *T.* 2. *f.* 6. — *Engl. Bot. V.* 18. *T.* 1263.

Habitat supra muscos ad truncos arborum.

127. Lecidea Ehrhartiana: crusta cartilaginea rimosa rugoso-plicata granulataque alba subvirescente; apotheciis subsessilibus planis demum convexiusculis flexuosis difformibus conglomeratis pallide flavicantibus.

Lecidea Ehrhartiana α. *Lichenogr. Univ. p.* 191. — *Meth. Lich. p.* 73.

Lichen Ehrhartianus. *Ach. Pr. p.* 59. *Tab.* 2. *f.* 1. — *Engl. Bot. V.* 16. *T.* 1136.

Habitat ad corticem & ligna arborum.

β. L. polytropa: crusta subtartarea rimoso-areolata pallida; apotheciis planiusculis mar-

gine lobatis flexuosis conglomeratis demum subglobosis immarginatis carneo-flavescentibus.

Lecidea polytropa. *Meth. Lich. p. 72.*

Lecidea Ehrhartiana β. polytropa. *Lich. Univ. p.* 192.

Lecanora varia ϰ illusoria. *Lich. Univ. p.* 380.

Lichen polytropus. *Ehrh. Pl. Cr. Dec. n.* 294. — *Engl. Bot. V.* 18. *T.* 1264.

Lichen varius β maculiformis (*in saxis*) *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 403.

Lichen atro-virens. *Wulf. ap. Jacqu. Coll.* 2. *Tab.* 14. *f.* 2.

Verrucaria polytropa. *Hoffm. Fl. G. p.* 196. — *Pl. Lich. Tab.* 58. *f.* 2. (Patellaria).

128. Lecidea epixantha: crusta pulveracea e pallido cinerascenti-lutea; apotheciis adpressis planis cerino-luteis concoloribusque, margine tenui dilutiori subpulverulento.

Lecidea epixantha α. & *var.* β. lutea. *Lichenogr. Univ. p.* 208, 209.

Parmelia lutea. *Meth. Lich. p.* 179. (*excl. synon. Dicks.*)

Habitat ad terram ex muscis putrefactis.

129. Lecidea lucida: crusta leprosa flocculoso-pulveracea citrina; apotheciis plano-convexiusculis subimmarginatis pallido-flavicantibus.

Lecidea lucida α. *Lichenogr. Univ. p.* 209. — *Meth. Lich. p.* 74.

Lichen lucidus. *Ach. Pr. p.* 39. — *Schrad.* — *Engl. Bot. V.* 22. *Tab.* 1550.

Lepraria Flörkeana. *Lich. Univ. p.* 663.

Pulveraria albo-flava. *Flörke in Berl. Mag.* 1807. *p.* 10.

Habitat in saxis & rupibus.

β. L. thejotea: crusta leproso-pulveracea pallido-virescente; apotheciis confertis immersis convexis immarginatis flavis.

Lecidea lucida β. thejotea. *Lich. Univ. l. c.*

Habitat ad asseres & parietes ligneos.

130. Lecidea microbola: crusta tenuissima effusa pulveracea cinerea; apotheciis minutis confertis demum globosis immarginatis subpellucidis cerinis. †

Lecidea globosa. *Clemente Ensayo &c. Add. p.* 297.

Habitat in Hispania ad corticem Pinorum vetustam.

*Nomen mutavi ne cum* Lecidea globifera *confunderetur.*

131. LECIDEA atro-flava; crusta tenui effusa subgranulata nigra; apotheciis minutis confertis planis flavidis, margine elevato integro dilutiori. †

Lecidea atro-flava. *Turner in Act. Soc. Linn. Lond. V. 9. p.* 142. *T.* 11. *f.* 2.
Lichen atro-flavus. *Engl. Bot. V.* 28. *Tab.* 2009.

Habitat supra saxa silacea.

*An eadem cum* Lecidea anthracina *mea? vel vetusta var.* oligotera Lecideæ luteo-albæ?

132. LECIDEA Turneriana: crusta subdeterminata rimulosa nigro-fusca, areolis papillato-verruculosis; apotheciis planis demum convexiusculis subaurantiacis, margine tumido flavidiori integro.

Lecidea Turneriana. *Lichenogr. Univ. p.* 206.

Habitat in saxis cretaceo-silaceis.

133. LECIDEA luteo-alba; crusta tenui lævigata alba; apotheciis confertis demum convexis hemisphæricis marginatis vitellinis, intus albis.

Lecidea luteo-alba *α. Lichenogr. Univ. p.* 207.
Lecidea cinereo-fusca *β.* luteo-alba. *Meth. Lich. in Suppl. p.* 12.
Lichen luteo albus. *Turn. in Act. Soc. Linn. Lond. V.* 7. *p.* 92. *T.* 8. *f.* 3.

Habitat in cortice arborum, rarius ad saxa.

*β.* L. holocarpa: crusta sordide cinereo-lutescente, apotheciis minutis planiusculis luteo-aurantiacis subobliterata.

Lecidea luteo alba *β* holocarpa. *Lich. Univ. l. c.*
Parmelia vitellina *γ.* holocarpa. *Meth. Lich. p.* 177.
Lichen holocarpus. *Ehrh. Cr.*
Verrucaria holocarpa? *Hoffm. Fl. G. p.* 179.

*γ* L. pyracea: crusta cinerascente inæquabili demum nigra; apotheciis confertis demum convexis subimmarginatis vitellinis.

Lecidea luteo alba *γ.* pyracea. *Lich. Univ. l. c.*
Parmelia vitellina *δ.* byssina. *Meth. Lich. p.* 177.
Parmelia cerina *ζ* pyracea. *ibm. p.* 176.
Verrucaria byssina & V. aurantiaca. *Hoffm. Fl. G. p.* 197. 178.
Lichen aurantiacus. *Lightf. Fl. Sc. p.* 810. — *Ehrh. Cr. n.* 28. — *Hoffm. En. Lich. T.* 4. *f.* 7. — *Engl. Bot. T.* 432?

δ. L. oligotera: crusta rimosa inæquabili fusco-cinerascente; apotheciis minutis confertissimis planis luteo-aurantiis.

Lecidea luteo-alba δ. oligotera, *Lich. Univ. p.* 208.

Habitat in tegulis tectorum & saxis calcariis.

134. Lecidea aurantiaca: crusta cartilaginea determinata lævigata inæquabili diffracto-rimosa albicante; apotheciis confertis demum convexo-hemisphæricis flavo-aurantiis, margine tenui dilutiori integro demum subevanescente.

Lecidea aurantiaca. *Lichenogr. Univ. p.* 204. *Meth. Lich. p.* 69.

Habitat ad truncos Populi tremulæ.

*A var.* γ. pyracea Lecideæ luteo-albæ *omnino distincta videtur & omnibus partibus major.*

†† *Thallo crustaceo effigurato vel foliaceo* (Lepidoma.)

135. Lecidea Wahlenbergii: crusta orbiculari gyroso-plicata in ambitu rotundato-lobata flavo-virescente; apotheciis sessilibus immarginatis demum convexis atris.

Lecidea Wahlenbergii *Lichenogr. Univ. p.* 211. — *Meth. Lich. p.* 81. *Tab.* 2. *f.* 2. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 480.
Lichen pulchellus. *Schrad. Journ. f. d. Bot.* 1801. *St.* 1. *p.* 74.

Habitat in alpibus ad parietes rupium suboccultos.

136. Lecidea candida: crusta subimbricata candida pruinosa, lobis crenatis complicatis reflexis tumidis; apotheciis adpressis nigris glauco-pruinosis, margine tandem undulato.

Lecidea candida. *Lichenogr. Univers. p.* 212. — *Meth. Lich. p.* 79. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 479.
Lichen candidus. *Weber. Spiciel. Fl. G. p.* 193. — *Ehrh. Pl. Cr. Dec. n* 49. — *Engl. Bot. V.* 16. *T.* 1138.
Psora candida. *Hoffm. Fl. G. p.* 164. — *Pl. Lich. T.* 55. *f.* 2. (Patellaria).

Habitat ad rupes & supra muscos destructos.

137. Lecidea demissa: crusta verrucosa subimbricata cinereo-virescente; in ambitu foliaceo-lobata, lobis crenatis subtus nigris; apotheciis depressis planiusculis rufo-fuscis.

Lecidea demissa. *Lichenogr. Univ. p.* 216. — *Meth. Lich. p.* 81.

Habitat in Svecia ad terram nudam.

138. Lecidea vesicularis: crusta subimbricata nigro-fusca, cæsio-subpruinosa, lobis integris complicatis obovatis bullatis, apotheciis atris nudis, demum hemisphæricis immarginatis.
Lecidea vesicularis. *Lichenogr. Univ. p.* 212, (*excl. syn. Fl. Dan.*) *Meth. Lich. p.* 78.
Lecidea paradoxa. *Lich. Univ. p.* 214. — *Meth. Lich. p.* 82.
Lichen cæruleonigricans. *Engl. Bot. V.* 16. *T.* 1139.
Lichen graniformis & L. paradoxus. *Ehrh. Cr.*
Psora vesicularis & Ps. paradoxa. *Hoffm. Fl. G. p.* 165.
Patellaria vesicularis. *Hoffm. Pl. Lich. T.* 32. *f.* 3.
Verrucaria grisea. *Willd. Bot. Mag.* 4. *T.* 2. *f.* 4.
Habitat ad terram locis montosis.

139. Lecidea lurida: crusta inbricata fusco-virescente; lobis orbiculatis crenatis subtus pallidioribus; apotheciis planis demum convexiusculis atris.
Lecidea lurida γ & β. *Lichenogr. Univ. p.* 213. — *Meth. Lich. p.* 77.
Lichen luridus. *Ach. in Nov. Act. Stockh. V.* 16. *T.* 5. *f.* 2. — *Engl. Bot. V.* 19. *T.* 1329.
Habitat supra terram ad rupes.

140. Lecidea atro-rufa: crusta subcontigua lobato-areolata imbricataque cinereo-fuscescenti-lurida, lobis demum flexuosis inciso-crenatis; apotheciis adpressis subimmarginatis planiusculis tandem confluentibus convexisque fusco-atris.
Lecidea atro rufa α & *var.* β. squarrosa. *Lichenogr. Univ. p.* 200. — *Meth. Lich. p.* 74. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 479.
Lichen atro rufus. *Dicks. Pl. Cr. Br.* 4. *p.* 22. *T.* 12. *f.* 14. — *Engl. Bot. V.* 16. *T.* 1102.
Lichen luridus. *Vahl. Fl. Dan.*
Habitat supra muscos putrefactos ad terram.

141. Lecidea globifera: crusta imbricata fusca, lobis rotundatis integris sublobatisque flexuosis subrugosis subtus albidis; apotheciis demum subimmarginatis subglobosis obscure rufis.
Lecidea globifera. *Lichenogr. Univ. p.* 213.
Habitat in Helvetia & Amer. Sept. ad rupes.

142. Lecidea testacea: crusta subimbricata cinerascente, lobis crassis repando-crenatis; apotheciis marginalibus convexis rufis.
Lecidea testacea. *Meth. Lich. p.* 80.
Lecanora testacea. *Lichenogr. Univ. p.* 409.

Psora testacea. *Hoffm. Fl. G. p.* 162. — *Pl. Lich. Tab.* 22. *f.* 5. 6.
Lichen saxifragus. *Smith. in Act. Soc. Linn. Lond.* 2.
Habitat in saxis & montibus calcariis.

143. LECIDEA castaneola: crusta subimbricata pallida, lobis crassis repandis flexuosis; apotheciis junioribus adnatis, adultis ampliatis flexuosis lobatis, omnibus planis castaneis.
Habitat in Helvetia ad rupes,
*Habitus thalli ut in* Lecidea testacea.

144. LECIDEA scalaris: crusta imbricata pallido-cervina, lobis subdiscretis reniformibus erectiusculis subtus & margine pulverulentis; apotheciis planis marginatis glaucescenti-nigris.
Lecidea scalaris α. *Lichenogr. Univ. p.* 214. — *Meth. Lich. p.* 78. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 478.
Lichen scalaris. *Ach. in Act. Nov. Ac. Sc. Stockh. V.* 16. *Tab.* 5. *f.* 1.
Psora ostreata. *Hoffm. Fl. G. p.* 163.
Lichen leucophæus. *Dicks. Cr. Br.* 2. *p.* 20.
Habitat in cortice antiqua Pini, ligno exarido Juniperi inque terra tenui rupium.

β. L. myrmecina: crustæ lobis cervino-fuscis confertissimis convexis irregularibus nitidis; apotheciis dilatatis angulatis aterrimis margine glaucescente.
Lecidea scalaris β. myrmecina. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. l. c.* (*exclus. synon.*) — *Wahlenb. l. c.*
Habitat ad ligna igne carbonisata.

145. LECIDEA rubiformis: crusta subimbricata, lobis rotundatis crenatis livido-fuscescentibus subtus albis; apothecia hemisphærica conglomerata obscure fusca immarginata cingentibus.
Lecidea rubiformis. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 479.
Cenomyce rubiformis. *Lichenogr. Univ. p.* 526.
Bæomyces rubiformis. *Meth. Lich. p.* 324. *Tab.* 7. *f.* 5.
Habitat ad terram in rupibus Nordlandiæ maxime borealis.
*Apothecia intus solida ut in* Lecideis, *nec inania s. inflata* Cenomycidum.

146. LECIDEA decipiens: crusta subimbricata, lobis subdiscretis subpeltatis subrotundis incarnatis & fuscescentibus subtus albidis; apotheciis marginalibus convexis subglobosisque subimmarginatis nigris.

Lecidea decipiens. *Meth. Lich. p.* 80. — *Clemente Ensayo &c. Add. p.* 298. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 480.
Lecidea incarnata. *Lich. Univ. p.* 199. (*cum reliquis synon.*) — *Meth. Lich. p.* 58.
Lichen incarnatus. *Thunb. Fl. Cap. Pr. p.* 176.
Lichen decipiens. *Ehrh.* — *Hedw. St. Cr.* 2. *p.* 7. *T.* 1. *f. B.* — *Engl. Bot. V.* 13. *T.* 870.
Psora decipiens. *Hoffm. Pl. Lich. T.* 43. *f.* 1-3. — *Fl. G. p.* 162.

Habitat ad terram supra montes calcarios.

147. Lecidea pholidiota: crusta imbricata glaucescenti-alba; lobis minutis rotundatis convexis; apotheciis convexis rufo-fuscis, demum nigricantibus, margine tenui integerrimo. †

Lecidea testacea. *Vinch. Guide. V.* 2. *p.* 42.
Lichen glebulosus. *Engl. Bot. V.* 28. *T.* 1955.

Habitat in Anglia ad rupes quartzosas.

*Nomen triviale Vinchii jam pridem in Engl. Bot. rejectum ob eamdem rationem iterum mutare cogor, ne cum* Lecidea glebosa *confundatur.*

148. Lecidea microphylla: crusta imbricata cervino-fusca nigricanteque, lobis minutis inciso-crenatis; apotheciis sparsis sessilibus rufescentibus demum convexis nigrisque immarginatis.

Lecidea microphylla. *Meth. Lich. p.* 76. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 478.
Lecanora microphylla. *Lichenogr. Univ. p.* 420. (*excl. synon. Dicks. & Engl. Bot.*)
Lichen microphyllus. *Ach. in Nov. Act. Stock. V.* 16. *T.* 5. *f.* 3.

Habitat in terra ad latera montium demissa.

β. L. triptophylla: thallo cinereo-cervino, lobis primordialibus adpressis planiusculis lacero-laciniatis, demum in ramulos teretes surrectos coralloideos confertissimos abeuntibus; apotheciis convexis rufo-fuscis.

Lecidea thriptophylla α, *var.* β. corallinoides & γ. velutina (*Status vetustissimus*) *Lichenogr. Univ. p.* 215. (*exclus. synon. Persoon. & Hoffm.*)
Lecidea microphylla β. corallinoides, *Meth. Lich. p.* 76. (*excl. syn. Hoffm.*)
Lichen microphyllus. *Schrad. Spicil. Fl. G. p.* 97.

Habitat in cortice vetusta arborum.

γ. L. picina: thallo nigro-piceo, lobis minutis arcte imbricatis granulato-laciniatis; apotheciis depressis planiusculis nigris.

Lecanora microphylla γ. picina. Lich. Univ. p. 421.
Verrucaria picina. Meth. Lich. p. 122.

Habitat in montibus supra terram muscosam.

δ. L. radiata: crustæ ambitu radiato; apotheciis concavis, marginatis.

Lecidea microphylla β. radiata. Wahlenb. Fl. Lapp. p. 478.
Lichen leucophæus. Fl. Dan. Tab. 955.

Habitat in Lapponia & Norvegia.

149. Lecidea? cælata: crusta effigurata cinereo-flavescente, lobis depressis crispis subtus margineque albis; apotheciis rufescentibus. †

Lecidea cælata. Lichenogr. Univ. p. 217. — Meth. Lich. p. 85.
Psora cælata. Hoffm. Fl. G. p. 166. (An a Lecanora Smithii distincta?)

Habitat ad terram in subalpinis montosis Tyrolis.

150. Lecidea canescens: crusta orbiculari rugoso-plicata candida, in ambitu lobato-plicata; apotheciis centralibus plano-convexis atris.

Lecidea canescens. Lichenogr. Univ. p. 216. Meth. Lich. p. 84. — Clemente Ensayo &c. Add. p. 298
Lichen canescens. Dicks. Pl. Cr. Br. 1. p. 10. T. 2. f. 5. — Engl. Bot. V. 9. T. 582.

Habitat in muris & truncis arborum.

151. Lecidea sorediata: crusta orbiculari rugoso-plicata imbricata cinerea, loborum marginibus elevatis sorediferis, subtus nigra spongioso-fibrillosa; apotheciis sparsis adpressis planis atris.

Habitat in America Septentrionali.

152. Lecidea cocoës: thallo submembranaceo orbiculari imbricato sinuato-lobato candido, subtus lævi nigro; apotheciis sparsis planis marginatis atris.

Lecidea Cocoës. Lichenogr. Univ. p. 216. — Meth. Lich. p. 84.
Lichen Cocoës. Swartz. Fl. Ind. Occ. 3. p. 1891.

Habitat in Jamaica ad caudices vetustos Cocoës nuciferæ.

††† *Thallo stuppeo effigurato.* (Cropynia)

153. Lecidea gossypina: thallo suborbiculato imbricato molli pulveraceo utrimque tomen-

toso albido, laciniis rotundatis inciso-crenatis; apotheciis planis nigris, margine albo-pruinoso demum nudo flexuosoque.

Lecidea gossypina. *Lichenogr. Univ. p.* 217. — *Meth. Lich. p.* 85.

Lichen gossypinus. *Swartz. Fl. Ind. Occ.* 3. *p.* 1887.

Habitat supra muscos in arboribus montium Jamaicensium.

---

## VI. CALICIUM.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 39. Tab. III. f. 1-8.

Receptaculum universale crustaceum plano-expansum adnatum uniforme. Partiale scyphuliforme sessile vel stipitatam cartilagineum, massam compactam pulveraceam supra planam vel subglobosam, discum denudatum formantem, excipiens.

---

† *Apotheciis subsessilibus.* (Acolium.)

1. Calicium tigillare: crusta areolato-verrucosa glabriuscula citrina; apotheciis sessilibus atris opacis, disco plano, margine tumido.

Lecidea tigillaris. *Lichenogr. Univ. p.* 164. — *Meth. Lich. p.* 46. *Tab.* 2. *f.* 1. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 468.

Lichen tigillaris. *Ach. Prodr. p.* 67. — *Engl. Bot. V.* 22. *T.* 1530.

Habitat ad asseres & sæpimenta lignea vetusta.

*Apothecia aliquando elevata & brevissime stipitata observavimus. Descriptio accurata apothecii hujus Lichenis a Cl. Wahlenberg l. c. data, speciem* Calicii *esse oppido demonstrat, nihilo tamen minus pro typo* Lecideæ *Generis hoc idem apothecium proponit.*

2. Calicium Cembrinum: crusta areolis discretis pallidis interstitiisque nigris subiculi variegata; apotheciis sessilibus atris, disco plano, margine tenui nitidulo.

Calicium cembrinum. *Lichenogr. Univ. p.* 233.

Habitat in ramis decorticatis emortuis Pini Cembræ.

*Vix niſi ſubiculo cruſtæ atro & colore verrucarum cruſtæ a* C. tigillari *diverſum.*

3. Calicium tympanellum: cruſta cartilaginea lævigata demum ſubverruculoſa inæquabili cinerea; apotheciis ſeſſilibus nigris, diſco plano cinereo-pruinoſo, marginem tenuem æquante.
Calicium tympanellum. *Lichenogr. Univ. p.* 233. — *Meth. Lich. p.* 89.
Lichen inquinans *Engl. Bot. V.* 12. *Tab.* 810.
Habitat in trabibus & ſæpimentis ligneis.

4. Calicium turbinatum: cruſta ſubcontigua inæquabili alba; apotheciis turbinato-ſubſeſſilibus atris nitidis, diſco intra marginem coarctatum craſſum punctiformi nigro opaco.
Calicium turbinatum. *Lichenogr. Univ. p.* 232. *Tab.* 3. *f.* 5. — *Meth.* Lich. *p.* 89. — *Perſ. Tent. Diſp. Fung. Suppl. p.* 59.
Habitat in truncis arborum; ad cruſtam Porinæ paraſiticum.

5. Calicium ſtigonellum: cruſta ſubcontigua inæquabili albicante, vel nulla; apotheciis ſeſſilibus ſubgloboſis atris glabris, diſco punctiformi demum planiuſculo opaco, margine tenui nitido.
Calicium ſtigonellum. *Lichenogr. Univ. p.* 232. — *Meth. Lich. p.* 88.
Calicium ſeſſile. *Perſ. Tent. Diſp. Fung. Suppl. p.* 59.
Sphærocarpus ſeſſilis. *Ehrh. Cr. Dec.* 32. *n.* 320.
Lecidea gelaſinata. *Meth. Lich. p.* 33.
Lichen gelaſinatus. *Wither. Arr. V.* 4. *Tab.* 31. *f.* 1.
Habitat in Cortice Quercus & ad cruſtam Porinæ pertuſæ paraſiticum.

6. Calicium adſperſum: cruſta tenui glauco-cineraſcente; apotheciis ſubſeſſilibus atris diſcoque plano pulvere flavo-viridi adſperſis, margine elevato nudo.
Calicium adſperſum. *Perſoon Jc. & deſcript. Fung. p.* 39. *T.* 14. *f.* 7.
Habitat ad corticem arborum.
*Apothecia breviter ſtipitata vel ſeſſilia, juniora concava.*

†† *Apotheciis ſtipitatis, margine prominulo* (Phacotium.)

7. Calicium corynellum: cruſta leproſa pulverulenta flavo-vireſcente; apotheciis lentiformibus ſtipitibusque cylindricis brevibus atris.

Calicium corynellum α. *Lichenogr. Univ. p.* 234. — *Meth. Lich. p.* 94.

Habitat in saxis.

b. paroicum: crusta subnulla vel ferruginea; apotheciis turbinato-sublentiformibus, stipitibus brevissimis.

Calicium paroicum. *Meth. Lich. p.* 89. *Tab.* 2. *f.* 5.

Calicium corynellum. β. paroicum. *Lich. Univ. l. c.*

*Habitat in* Lecanora hæmatomma *parasiticum.*

8. Calicium microcephalum: crusta subtartarea contigua rugulosa olivacea; apotheciis subglobosis atris nitidis, disco depresso opaco stipitibusque brevibus concoloribus. †

Lichen microcephalus. *Engl. Bot. V.* 26. *Tab.* 1865.

Habitat ad ligna quercina.

9. Calicium claviculare: crusta effusa granulato-subpulveracea cinerascente; apotheciis subglobosis demum lentiformibus cinereo-nigris, stipitibus cylindricis crassiusculis atris.

Calicium claviculare α. *Lichenogr. Univ. p.* 234. (*exclusis variett.*) — *Meth. Lich. p.* 90. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 486. — *Clemente Ensayo &c. Add. p.* 485.

Calicium salicinum. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* 7. *p.* 20. *Tab.* 3. *f.* 3.

Habitat ad vectes trabesque & corticem arborum vetustam.

β. C. subtile: crusta tenuissima subpulverulenta albicante; apotheciis minutis subglobosis, stipitibusque gracilibus breviusculis nigris.

Calicium subtile. *Lichenogr. Univ. p.* 243. — *Pers. Tent. Disp. Fung. Suppl. p.* 60. — *Meth. Lich. p.* 99.

Calicium claviculare β. subtile. *Wahlenb. l. c.* — *var.* η. pusillum. *Lichenogr. Univ. p.* 236.

Habitat in cortice Pinorum.

10. Calicium sphærocephalum: crusta tenuissima lævigata cinereascente; apotheciis sublentiformibus, disco subumbrino, margine cinerascente, stipitibus filiformibus nigris.

Calicium sphærocephalum. *Meth. Lich. p.* 91. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 486.

Calicium claviculare δ. sphærocephalum. *Lich. Univ. p.* 235.

Lichen sphærocephalus. *Swartz N. Act. Ups. V.* 4.

Mucor sphærocephalus. *Linn.*
Habitat in sæpimentis ligneis.
*Apothecia in hac, ut & aliis speciebus, disco elabente, aliquando concava.*

β. C. glaucellum: crusta subnulla glauca; apotheciis turbinatis subtus & margine cinerascentibus, disco planiusculo atro, stipitibus breviusculis.
Calicium glaucellum. *Meth. Lich. p.* 97.
Calicium claviculare ε. glaucellum. *Lich. Univ. p.* 236.

γ. C. abietinum: crusta tenui cinerea; apotheciis subcylindricis, disco valde prominente. †
Calicium abietinum. *Pers. Tent. Disp. Fung. Suppl. p.* 59.
Calicium sphærocephalum γ. abietinum. *Meth. Lich. p.* 92.

11. Calicium proboscidale: crusta leprosa pulveraceo-floccosa pallida; apotheciis turbinatis atris opacis, disco plano albo-pruinoso marginem tenuem nudum æquante, stipitibus longissimis aggregato-subfasciculatis curvatisque.
Habitat in Helvetia ad corticem vetustam arborum.

12. Calicium xylonellum: crusta tenuissima subgranulata cinereo-glauca; apotheciis subglobosis demum turbinato-cyathiformibus, disco depresso plano aterrimo, margine tenui elevato submembranaceo coarctato castaneo, stipitibus nigris, basi subcompressis cinereis.
Calicium xylonellum. *Meth. Lich. p.* 92. — *in Suppl. p.* 14. — *Lich. Univ. p.* 236.
Calicium sphærocephalum β. xylonellum. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 486.
Habitat ad parietes ligneos in Lapponia.

13. Calicium cinereum: crusta cartilagineo-membranacea subgranulata albo-virescente; apotheciis cinereo-pulverulentis, disco convexiusculo nigrescenti-olivaceo, stipitibus longiusculis fuscescentibus.
Calicium cinereum. *Persoon. Jc. & Descr. Fung. Lips. p.* 38. *Tab.* 14.
Habitat ad corticem arborum.

14. Calicium trachelinum: crusta subcartilagineo-membranacea lævigata alba; apotheciis turbinatis rufo-fuscis, disco tandem valde

prominente, stipitibus teretibus crassiusculis subnitidis basi atris.

Calicium trachelinum α. Lichenogr. Univ. p. 237.
Calicium claviculare γ. trachelinum Meth. Lich. p. 91.

Habitat in ligno quercino subputrido.

β. C. quercinum: crusta tenuissima subpulverulenta cinerea; apotheciis turbinato-infundibuliformibus cinereo-fuscescentibus, disco minuto demum planiusculo, stipitibus breviusculis filiformibus.

Calicium quercinum. Persoon. Tent. Disp. Fung. Suppl. p. 59.
Calicium sphaerocephalum β. quercinum. Meth. Lich. p. 92.
Calicium trachelinum β. quercinum. Lich. Univ. p. 237.

γ C. hispidulum: crusta tenui glaucescente; apotheciis scyphuliformibus discoque pulvere ferrugineo flocculoso-hispidis.

Calicium trachelinum γ. hyperellum. Lich. Univ. p. 237.

Habitat in Anglia ad corticem arborum.
*Minutulum. Structura & habitus priorum* (α, β.)

15. Calicium hyperellum: crusta cartilaginea areolato-rugulosa glabra flavo-virescente; apotheciis lentiformibus ferrugineo-pulverulentis, stipitibus validis cylindricis atro-piceis, basi crassioribus.

Calicium hyperellum α. Lichenogr. Univ. p. 237. — Meth. Lich. p. 93. — Wahlenb. Fl. Lapp. p. 485.

Habitat in cortice squamosa Abietis.

b. roscidum: crusta granulato-rugulosa subviridi l. cinerascente; apotheciis lentiformibus ferrugineo-pulverulentis subtus subcinereis, demum irregularibus conglomeratisque, stipitibus crassis brevibus nigris.

Calicium hyperellum γ. roscidum. Lich. Univ. p. 238.
Calicium claviculare β. roscidum. Meth. Lich. p. 90. (excl. synon.)

Habitat ad Salicum & Quercuum corticem annosam.

β. C. baliolum: crusta granulata viridi-flava; apotheciis nigris nitidis, disco atro, stipitibus

elongatis flexuosis nigro-piceis basi latioribus subcompressis.

Calicium baliolum. *Lichenogr. Univ. p.* 238. — *Meth. Lich. p.* 94. *Tab.* 2. *f.* 4.

Calicium hyperellum β. baliolum. *Wahlenb. Fl. Lapp. p* 485.

Habitat in cortice Betulæ albæ in Lapponia.

γ. C. lygodes: crusta leprosa granulato-pulverulenta luteo-viridi; apotheciis turbinato-lentiformibus, stipitibus elongatis filiformibus flexuosis.

Calicium viride. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* 7. *p.* 20.

Calicium lygodes. *Meth. Lich. p.* 95.

Calicium hyperellum β. lygodes. *Lich. Univ. p.* 238.

Habitat in cortice Pini & Quercus.

16. Calicium chrysocephalum: crusta granulato-conglomerata citrina; apotheciis subturbinatis, disco convexo umbrino, margine flavo-pulverulento, stipitibus filiformibus æruginoso-pulverulentis, inferne nudis nigris nitidis.

Calicium chrysocephalum α. & *var.* β. filare. *Lichenogr. Univ. p.* 239. — *Meth. Lich. in Suppl. p.* 15. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 487.

Calicium chlorellum β. elatinum. *Meth. Lich. p.* 95.

Lichen chrysocephalus. *Turn. in Act. Soc. Linn. Lond. V.* 7. *p.* 88. *T.* 8. *f.* 1.

Habitat in ligno vetusto ad muros & corticem arborum.

17. Calicium chlorellum: crusta tenuissima lævi albicante; apotheciis obconico-turbinatis extus flavo-viridibus pulverulentis, disco umbrino, stipitibus sursum incrassatis, basi attenuata cinerascente.

Calicium chlorellum. *Lichenogr. Univ. p.* 239. — *Meth. Lich. p.* 95. *Tab.* 2. *f.* 5. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 487.

Habitat in parietibus ligneis.

β. C. trabinellum: crusta tenui albo-cinerascente; apotheciis demum lentiformibus, disco nigro-fusco cinereo-pruinoso, margine flavo-viridi.

Calicium trabinellum. *Meth. Lich. in Suppl. p.* 16.

Calicium claviculare β. trabinellum & γ. xyathellum. *Lich. Univ. p.* 235.

Calicium chlorellum β. trabinellum. *Wahlenb. Fl. Lapp. l. c.*
Calicium xylonellum β. trabinellum. *Meth. Lich. p.* 93.
Lichen trabinellus. *Engl. Bot. V.* 22. *Tab.* 1640.

18. CALICIUM sæpiculare: crusta granulato-sublobata pallescenti, demum nigro-fusca; apotheciis scyphiformibus fuscis, disco plano nigro, margine subtusque flavescenti-pulverulentis, stipitibus cylindricis piceis.
Calicium sæpiculare. *Lichenogr. Univ. p.* 240.
Lichen phoeocephalus? *Turn. in Act. Soc. Linn. Lond. V.* 8. *p.* 260. *T.* 6. *f.* 1.
Habitat ad sæpimenta lignea.
*Granula crustæ subsquamacea subcrenata, fere ut in thallo* Cenomycidum, *hanc speciem singulari modo denotant.*

19. CALICIUM cantherellum: crusta tenui albicante subpulverulenta; apotheciis lentiformibus, disco incarnato demum rufescenti, albo-pulverulentis, stipitibus filiformibus nudis pallidis demum fuscescentibus nigrisque.
Calicium cantherellum α. & var. β. peronellum. *Lich. Univ. p.* 240.
Calicium cantherellum. & C. peronellum. *Meth. Lich. p.* 96.
Calicium pallidum. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St* 7. *p.* 20. *T.* 3. *f.* 1. 2.
Habitat ad ligna subputrida & corticem vetustam arborum.

20. CALICIUM ventricosum: crusta tenui cinerascente; apotheciis cylindraceis nigris, disco punctiformi plano cinereo, stipitibus ventricosis compressis nudis.
Calicium ventricosum. *Lichenogr. Univers. p.* 241.
Habitat ad arborum corticem.

21. CALICIUM cladoniscum: crusta tenuissima subalbida vel nulla; apotheciis cylindricis nigris, disco punctiformi albicante, stipitibus filiformibus simplicibus ramosisque.
Calicium cladoniscum. *Lichenogr. Univ. p.* 241.
Habitat ad ligna putrescentia.
*Incipit stipite brevissimo crasso terminato capitulo albo. Cfr. Obs. in Lichenogr. Univ. Add. p.* 673 *&* 674.

††† *Apotheciis stipitatis, disco intumescente subgloboso marginem obvallante.* (Strongylium.)

22. CALICIUM capitellatum: crusta effusa pulveracea viridi-flava; apotheciis globosis stipiti-

busque filiformibus longissimis flexuosis flavo-virescentibus.

Calicium capitellatum. *Lichenogr. Univ. p.* 241. *Tab.* 3. *f.* 7. — *Meth. Lich. p.* 98. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 487.

Calicium furfuraceum. *Pers. Tent. Disp. Fung. Suppl. p.* 60.

Calicium sulfureum. *Schrad. Kr.* — *Schleich. Cr. Cent.* 3. *n.* 79.

Lichen capitatus. *Schreb. Spicil.* — *Engl. Bot. V.* 22. *Tab.* 1539.

Mucor furfuraceus. *Linn.*

Habitat ad terram, radices vegetab. putrid. inque saxis.

23. Calicium aciculare: crusta leprosa pulverulenta pallide flavo-virescente; apotheciis hemisphærico-globosis stipitibusque sursum attenuatis strictis fulvo-pulverulentis.

Calicium aciculare. *Lichenogr. Univ. p.* 242. — *Meth. Lich. p.* 98.

Lichen acicularis. *Ach. Prodr. p.* 85. — *Wahlenb. in N. Act. Sc. Stockh. V.* 27. *p.* 143. *Tab.* 4. *f.* 7.

Lichen fulvus. *Swartz. Nov. Act. Ups. V.* 4.

Mucor fulvus. *Linn.*

Habitat in cortice radicum exsiccatarum & ramulorum demortuorum.

24. Calicium gracilentum: crusta tenui pulverulenta cinerea; apotheciis oblongo-globosis carneo-cinereis pulverulentis, stipitibus filiformibus longissimis flexuosis nigris.

Calicium gracilentum. *Lichenogr. Univ. p.* 243. *Tab.* 3. *f.* 6.

Habitat ad radices arborum prope terram.

25. Calicium trichiale: crusta dispersa verrucoso-granulata pallida, granulis coacervatis sublobatis; apotheciis hemisphærico-globosis umbrinis pulverulentis subtus cinereis, stipitibus filiformibus gracilissimis nigris.

Calicium trichiale. *Lichenogr. Univ. p.* 245.

Habitat ad truncos Pini Piceæ in Helvetia.

*Natura & colore crustæ stipitibusque longioribus a C.* sphærocephalo *omnino distinctum.*

β. C. stemoneum: crusta leprosa pulverulenta incana; apotheciis subglobosis umbrinis subtus albo-pulverulentis.

Calicium trichiale β. stemoneum. *Lich. Univ. l. c.*

Habitat in cortice Pini & ligno demortuo.

γ. C. epidryon: crusta subnulla; apotheciis lentiformi-globosis umbrinis subtus nudis, stipitibus strictis cylindricis.

Calicium trichiale γ. epidryon. *Lich. Univ. l. c.*

Calicium glaucellum β. epidryon. *Meth. Lich. p.* 97.

Habitat in ligno putrido truncorum Quercus.

---

## VII. GYROPHORA.

Ach, Lichenogr. Univ. p. 36. Tab. II. F. 8-11, 13.

Receptaculum universale foliaceum coriaceo-cartilagineum peltatum monophyllum (luxuriatione polyphyllum) subtus liberum. Partiale subscutelliforme sessili-adnatum, membrana cartilaginea (atra) vestitum, parenchyma solidiusculum similare includente; disco verrucoso vel circinato, gyroso-plicato marginatoque.

---

1. Gyrophora glabra: thallo glabriusculo atro virente, subtus nudo lævi aterrimo; apotheciis demum convexis rugoso-plicatis.

Gyrophora glabra. *Meth. Lich. p.* 101. — *Flörke in Berl. Mag.* 1810. *p.* 60.

Gyrophora heteroidea α. glabra & γ. anthracina. *Lich. Univ. p.* 218., 219. (*excl. var. s* cinerascens.)

Gyrophora anthracina. *Meth. Lich. p.* 102.

Umbilicaria anthracina. *Hoffm. Fl. G. p.* 110.

Lichen glaber. *Ach. in Nov. Act. Stockh. V.* 15. *T.* 2. *f.* 5. *a. b.* -- *Dillen. H. M. Tab.* 30. *f.* 129.

Lichen anthracinus. *Jacqu. Misc.* 2. *Tab.* 9. *f.* 4.

Habitat in saxis & montibus.

b. polyphylla: thallo polyphyllo complicato atro-virente, subtus atro, utrinque nudo lævissimo.

Gyrophora glabra β. polyphylla. *Meth. Lich. p.* 101.

Gyrophora heteroidea β. polyphylla. *Lich. Univ. p.* 219.

Gyromium polyphyllum. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 481.

Lichen polyphyllus. *Linn. Fl. Svec. n.* 1104. — *Lightf. Fl. Sc. p.* 863. — *Engl. Bot. V.* 18. *T.* 1272. — *Ach. in Act. Stockh. l. c. f.* 5. *e.*

subfibrilloso; apotheciis convexiusculis gyroso-plicatis.

Gyrophora erosa α & var. β. torrida. *Lichenogr. Univ. p.* 224. — *Meth. Lich. p.* 103. — *Engl. Bot. V.* 25. *Tab.* 2066.
Gyromium erosum. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 482.
Umbilicaria erosa *Hoffm. Fl. G. p.* 111. — *Pl. Lich. Tab.* 70.
Umbilicaria torrefacta *Schrad. Spicil. Fl. G.* 1. *p.* 104.
Lichen erosus. *Web. Spicil. Fl. G. p.* 259. — *Ach. in N. Act. Stockh. V.* 15. *T.* 2. *f.* 1.
Lichen torrefactus. *Lightf. Fl. Sc. p.* 862. — *Dill. H. M. T.* 30. *f.* 118.

Habitat in montibus.

6. Gyrophora deusta: thallo scabriusculo olivaceo-fusco pulvere fuliginoso adsperso, subtus lævi impresso-punctato lacunoso nudo concolori; apotheciis planis circinato-plicatis, demum convexis gyrosissimis.

Gyrophora deusta. *Lichenogr. Univ. p.* 225. — *c. var.* β. brotera & γ. flocculosa. *Meth. Lich. p.* 102. 103.
Umbilicaria flocculosa *Hoffm. Fl. G. p.* 110. — *Pl. Lich. V.* 3. *p.* 3. *T.* 68. *f.* 1 - 4.
Lichen deustus. *Linn. Fl. Sv. n.* 1105.
Lichen flocculosus. *Wulf. ap. Jacq. Coll.* 3. *p.* 99. *T.* 1. *f.* 2.

Habitat in saxis & rupibus.

7. Gyrophora hyperborea: thallo papuloso-rugoso olivaceo-fusco-nigricante, subtus obsolete lacunoso lævi atro; apotheciis anguloso-difformibus planiusculis nitidis simpliciter plicatis.

Gyrophora hyperborea. *Lichenogr. Univ. p.* 225. — *Meth. Lich. p.* 104.
Gyromium hyperboreum. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 482.
Umbilicaria hyperborea. *Hoffm. Fl. G. p.* 110. — *Pl. Lich.* 3. *p.* 9. *T.* 71.
Lichen hyperboreus. *Ach. in N. Act. Stockh. V.* 15. *Tab.* 2. *f.* 2.

Habitat ad lapides in collibus & montibus apricis.

8. Gyrophora pustulata: thallo papuloso cinereo-virescente, subtus profunde lacunoso lævi nudo pallido-fuscescente; apotheciis raris planis marginatis, disco subæquabili papilloso plicatoque.

Gyrophora pustulata. *Lichenogr. Univ. p.* 226.
Umbilicaria pustulata. *Hoffm. Fl. G. p.* 111. — *Pl. Lich. T.* 28 *f.* 1. 2. *T.* 29. *f.* 4.

β. G. arctica: thallo crasso duro rigido elevato-punctato rugoso olivaceo-fusco demum nigricante, subtus nudo glabro pallide-ochroleuco, ad centrum nigricante; apotheciis subglobosis gyrosissimis.

Gyrophora arctica α. & *var.* β. mesarwa. *Lichenogr Univ. p.* 221. — *Meth. Lich. p.* 106. *Tab.* 2. *f.* 6. — *Dill. H. M. p.* 220. *T.* 30. *f.* 119.

Gyromium proboscideum β. arcticum. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 483.

Habitat in alpibus Europæ Sept. & Meridionalis.

γ. G. tornata: thallo crassiusculo duro plicato-rugoso complicato fusco-nigricante, subtus pallido subfibrilloso; apotheciis planis demum convexo-conoideis, plicis concentricis circinatis.

Gyrophora tornata. *Lichenogr. Univ. p.* 222. *T.* 2. *f.* 13.

Habitat ad alpes Dalekarliæ.

4. Gyrophora cylindrica: thallo nudiusculo lividi-cinereo plicato lobatoque ciliato, subtus lævi pallido ramoso-fibrilloso; apotheciis elevatis planiusculis circinato-gyrosoque-plicatis.

Gyrophora cylindrica α *Lichenogr. Univ. p.* 223. — & *var.* β. denticulata *Meth. Lich. p.* 107.

Gyromium cylindricum. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 483.

Umbilicaria crinita. *Hoffm. Fl. G. p.* 112. — *Pl. Lich.* 2. *p.* 67. *T.* 44. *f.* 1 9.

Lichen cylindricus. *Linn. Amæn. Acad.*

Lichen proboscideus. *Hedv. Pl. Cr. Tab.* 1. *f. A.* — *Engl. Bot. V.* 8. *T.* 522. — *Jacqu. Misc.* 2. *T.* 9. *f.* 2. *a-f.*

Lichen crinitus. *Lightf. Fl. Sc. p.* 960. — *Fl. Dan. T.* 471. *f.* 1. 2.

Habitat in montibus & alpibus Europæ.

b. fimbriata: thallo polyphyllo complicato lobis subrotundis, subtus fibrilloso, margine ciliis densissimis ramosis brevibus obvallato crispo fimbriatoque; apotheciis scutelliformibus subsimplicibus.

Gyrophora cylindrica β. fimbriata. *Lich. Univ. p.* 224.

5. Gyrophora erosa: thallo rugoloso olivaceo-fusco in ambitu pertuso cribroso eroso-laciniato, subtus cinerascente glabro subgranuloso

Umbilicaria vellea. *Hoffm. Fl. G. p.* 113. — *Pl. Lich. T.* 26. *f.* 3.
Lichen pellitus. *Ach. in Nov. Act. Stockh. V.* 15. *T.* 3. *f.* 2. — *Engl. Bot. V.* 13. *T.* 931.
Lichen scalopodora. *Ehrh. Cr.*
Habitat in saxis & rupibus.
*Utplurimum luxuriat polyphylla, aliquando subtus nuda.*

14. GYROPHORA? Clementei: thallo coriaceo carneo-nigricante l. lividi-hepatico utrimque lævi, subtus atro striato; apotheciis subglobosis imè marginatis subplicatis. †
Lecidea Turneri. *Clemente Ensayo &c. in Add. p.* 298.
Habitat ad corticem Suberis in Hispania.
*Nomen Inventoris huic speciei merito imposui, cum alia ex* Lecideis *Cl. Turnero consecrata sit, præterea dubius an* Lecideis *vel* Gyrophoris *potius as. sociari debeat, specimine ejusdem a me non viso.*

15. GYROPHORA vellea: thallo læviusculo sordide cinerascente, subtus fibrilloso hirsuto subconcolari fuscescenti nigroque; apotheciis subperiphericis sessilibus planis marginatis, plicis concentricis.
Gyrophora vellea *Lichenogr. Univ. p.* 228. — *Meth. Lich. p.* 109. — *Fl. Dan. V.* 8. *Tab.* 1354.
Gyromium velleum. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 484.
Lichen velleus. *Linn.* — *Ach. in Nov. Act. Stockh. V.* 15. *T.* 3. *f.* 5.
Habitat in petris præcipue alpinis.
β. G. spadochroa: thallo rigido glauco-cinerascente, subtus aterrimo scabro fibrilloso; apotheciis sparsis marginatis, disco plano verruca centrali solitaria.
Gyrophora spadochroa α. *Lichenogr. Univ. p.* 229. (*excl. var.* β depressa) — *Meth. Lich. p.* 108.
Umbilicaria cirrosa. *Hoffm. Pl. L. V.* 1. *p.* 9. *T.* 2. *f.* 3. 4. — U. spadochroa *Ej. Fl. G. p.* 113.
Lichen spadochrous. *Ehrh. Pl. Cr. Dec.*
Lichen polyrhizus *Linn?* — *Ach. in Nov. Act. Stockh. V.* 15. *T.* 2. *f* 4.
Habitat in saxis & montibus.

16. GYROPHORA crustulosa: thallo crasso duro rigido læviusculo albo-cinerascente, subtus cinereo-fusco fibrilloso; apotheciis marginatis planis demum convexis, disco verrucoso-rimoso.
Gyrophora crustulosa α. *Lichenogr. Univ. in Add. p.* 673.

Habitat in Hispania ad rupes.

*An varietas praecedentis a loco in climate calidiori orta? Sed apothecia juniora in thallo quasi depressa, differentiam non spernendam offerunt.*

b. depressa: thallo coriaceo incano, subtus subconcolori, fibrillis fuscescentibus; apotheciis in thallo depressis, disco verrucoso, papilla centrali elevata.

Gyrophora spadochroa β. depressa. *Lichenogr. Univ. p.* 230.

Habitat in Germania, unde specim. miserunt Schrader & Mosig.

17. Gyrophora hirsuta: thallo elevato punctato molliusculo albo-subcinerascente in ambitu reflexo, subtus hirsuto cinereo-fuscescente; apotheciis demum hemisphaericis gyroso-plicatis.

Gyrophora hirsuta α. Lichenogr. *Univ. p.* 230. — *Meth. Lich. p.* 109.

Lichen hirsutus. *Ach. in Nov. Act. Stockh. V.* 15. *Tab.* 3. *f.* 1.

Habitat ad lapides & montes.

*Habitu proprio ac colore nec non forma & indole apotheciorum a G.* vellea *omnino distincta species videtur, licet promiscue cum ea in Lapponia crescentem invenit Cl. Wahlenberg.*

b. papyria: thallo tenui membranaceo, utrimque sordide cinerascente, subtus nudo.

Gyrophora hirsuta β. papyria. *Lich. Univ. p.* 231. — *Meth. Lich. l. c.*

18. Gyrophora murina: thallo rigidiusculo murino, subtus nigro fusco e punctis elevatis pallidioribus scabrido; apotheciis convexiusculis circinato-gyrosoque-plicatis.

Gyrophora murina Lichenogr. *Univ. p.* 231. — *Meth. Lich. p.* 110.

Lichen griseus. *Ach. in Nov. Act. Stockh. V.* 15. *p.* 91. *Tab.* 2. *f.* 3. — *Vaill. Par. T.* 21. *f.* 14.

Habitat in saxis & montibus.

19. Gyrophora? velleiformis: thallo membranaceo subtus hirto; apotheciis immerso-saccatis. †

Gyrophora velleiformis. *Lichenogr. Univ. p.* 231.

Peltidea velleiformis. *Meth. Lich. p.* 291.

Arthonia velleiformis. *Ach. ap. Schrad. in N. Journ. f. d. Bot.* 1. *B.* 3. *St. p.* 22.

Lichen velleiformis *Bellardi App. Fl. Pedem.*

Habitat in Alpibus Pedemontanis.

*Huic speciei, forte a reliquis distinctæ, sed mihi ignotæ nec sufficienter descriptæ locum inter* Gyrophoras *convenientissimum, ut apparet, attamen dubitanter dedi.*

---

## VIII. OPEGRAPHA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 43. Tab. III. f. 9—11.

Receptaculum universale crustaceum plano-expansum adnatum uniforme. Partiale oblongum elongatumque sessile, membrana cartilaginea (atra) vestitum, parenchyma solidiusculum similare includente; disco lineari utrimque marginato.

---

† *Apotheciorum disco angustissimo rimæformi a marginibus conniventibus tumentibus suboccluso.* (Hysterina.)

1. Opegrapha verrucarioides: crusta rugosiuscula subpulverulenta albicante; apotheciis confertis subglobosis minutis, disco punctiformi, quibusdam ovatis disco rimæformi.

Opegrapha verrucarioides. *Lichenogr. Univ. p.* 244. (*exclus. variett.* β. megalyna & δ. pepega.)

Habitat in truncis demortuis saxisque.

β. O. hypolepta: crusta membranacea lævigata cinerascente vel subolivacea; apotheciis crustæ subinnatis hemisphærico-subconicis oblongisque, horum disco canaliculato.

Opegrapha verrucarioides γ. hypolepta & ζ. splendida. *Lich. Univ. p.* 245.

Habitat ad corticem arborum.

γ. O. marmorata: crusta tenui contigua albo-glaucescente; apotheciis minutis subrotundis oblongisque sparsis & confluentibus, disco clauso.

Opegrapha verrucarioides ε. marmorata. *Lich. Univ. l. c.*

Habitat in Helvetia ad corticem Juglandis.

2. Opegrapha nimbosa: crusta subrimosa inæquabili albissima; apotheciis confertis minutis ovali-oblongis turgidis, disco clauso.
Opegrapha nimbosa. *Meth. Lich. p.* 18. *Tab.* 1. *f.* 8. *A.* — Op. nimbosa α. *Lichenogr. Univ. p.* 245.
Opegrapha notha. γ. conferta. *Meth. Lich. l. c.*
b. subobliterata: crusta determinata glabra nodulosa alba; apotheciis minutis confertis oblongis subflexis, disco subdehiscente
Op. nimbosa β. subobliterata. *Lichenogr. Univ. p.* 246.
Habitat supra corticem Quercus & Fraxini.

3. Opegrapha Persoonii: crusta tartarea læviuscula cohærenti inæquabili albicante; apotheciis innatis oblongis disco rimæformi, demum rugosis flexuosis plicatis difformibus subconfluentibus, disco irregulari subdehiscente.
Opegrapha Personii. *Meth. Lich. p.* 17. — *Lich. Univ. p.* 246.
Opegrapha rupestris. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* 11. *p.* 20.
Habitat ad rupes.
b. aporea: crusta tartareo-leprosa inæquabili pulverulenta; apotheciis subrotundis difformibusque flexuosis plicatis tortuosis vario modo dehiscentibus.
Op. Personii β. aporea. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. l. c.*
Lichen simplex (*variatio*) *Davies in Act. Soc. Linn. Lond. V.* 2.
Lecidea privigna. *Meth. Lich. p.* 49.
c. strepsodina: crusta tenuissima lævigata cinerascente subnulla; apotheciis confertis subrotundo-difformibus rugosis marginatisque.
Op. Personii γ. strepsodina. *Lich. Univ. p.* 247.
Habitat in Schisto Angliæ.

4. Opegrapha saxicola: crusta effusa contigua cinerea; apotheciis minutis subrotundis immersis planiusculis immarginatis, demum majoribus prominulis convexis oblongis disco rimæformi, marginibus crassis divaricatis anguloso-carinatis.
Habitat in Helvetia ad Saxa.
*E majoribus utplurimum* 2, 3, 4 *apothecia aggregata vel confluentia observantur.*

5. Opegrapha petræa: crusta tartarea rimoso-areolata sordide alba, areolis lævigatis; apotheciis sessilibus oblongo-sublinearibus turgidis rectiusculis subnitentibus, disco intra margines elevatos rimæformi.

Habitat in Scotia ad rupes.

6. Opegrapha calcaria: crusta tartarea pulverulenta albissima; apotheciis longiusculis rectis tumentibus opacis stellatim aggregatis, disco rimæformi.

Opegrapha Calcaria. *Lichenogr. Univ. p.* 250.

Habitat in muris & saxis calcariis Angliæ.

7. Opegrapha lithyrga: crusta tenui contigua albocinerascente; apotheciis sessilibus minutis confertis ovalibus longiusculisque rectis & curvatis subteretibus opacis passim confluentibus; disco rimæformi.

Opegrapha lithyrga *α*, & *var. β.* confluens. *Lichenogr. Univ. p.* 247.

Habitat in Helvetia ad saxa.

b. steriza: crusta nulla; apotheciis sparsis omnibus longiusculis rectis flexuosisque.

Habitat in Helvetia, apotheciis in nudo saxo sessilibus.

8. Opegrapha macularis: crusta determinata inæquabili fusco-atra; apotheciis minutis congestis subrotundo-ellipticis demum rugosis irregularibus, disco rimæformi.

Opegrapha macularis *α*. *var. β.* conglomerata & *γ.* faginea. *Lichenogr. Univ. p.* 247. 248.

Opegrapha macularis, Op. conglomerata & Op. epiphega. *Meth. Lich. p.* 21, 23, 24.

Opegrapha querc.na, Op. conglomerata & Op. faginea. *Persoon. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* 7. *p.* 31, 32, 155. *T.* 3. *f.* 4. *A. a.*

Habitat ad corticem ramorum Fagi & Quercus.

9. Opegrapha herpetica: crusta submembranacea tenuissime rimuloso-rugulosa scabriuscula cinereo-fusca; apotheciis minutis crustæ innatis confertis convexis elliptico-oblongis longiusculisque rectis, disco rimæformi.

Opegrapha herpetica. *Meth. Lich. p.* 23. *var. α.* & *β.* æruginosa. *Lichenogr. Univ. p.* 248. 249.

Op. rubella *var. β.* decolorata. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. p.* 21.

Op. rimalis var. β. fuscata. ibm. p. 261.

Habitat ad cortices variarum arborum.

β. O. disparata: crusta membranacea læviuſcula pallide olivacea l. e viridi rufoque fuſcescente; apotheciis variis, subrotundis oblongis longiuſculis, rectis curvatisque, disco rimæformi.

Opegrapha rubella α, var. γ. viridescens & δ. ænea. *Lich. Univ.* p. 249–250.

Op. rubella, Op. ænea, & Op. viridis. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* 7, p. 31. *T.* 1. *f.* 2. *A. a.* & *secund. Specim. missa.*

Op. rubella α. & *var.* δ. viridis; Op. siderella β. ænea. *Meth. Lich.* p. 21. 22. 26.

γ O. subocellata: crusta læviuſcula cinereo-virescente; apotheciis a crusta subelevatis margineque thallode spurio albicante subocellatis.

Opegrapha ænea. *Schleich. Pl. Cr. Helv. Cent.* 5. n. 71.

Op. rubellæ *var.* ε. subocellata. *Lich. Univ.* p. 250.

δ. O. fuliginosa: crusta inæquabili e cinereo vel fuligineo-nigra; apotheciis oblongis longiuſculisque rectiuſculis glabris, disco canaliculato.

Opegrapha fuliginosa. *Lich. Univ.* p. 250.

10. OPEGRAPHA vulgata: crusta cartilagineo-membranacea diffracto-squamulosa læviuſcula albo virescente; apotheciis sessilibus variis, longioribus subteretibus flexuosis nitidiuſculis, disco rimæformi.

Opegrapha vulgata, *Lichenogr. Univ.* p. 255. — *Meth. Lich.* p. 20. — *Clemente Ensayo &c. Add.* p. 295.

Habitat in squamis corticis Pini Abietis.

*Apotheciis longioribus subcylindricis leviter sessilibus nec crustæ innatis subnitidis ab* O. herpetica *distincta.*

11. OPEGRAPHA Comma: crusta effusa albissima subpulverulenta; apotheciis sessilibus minutis gracilissimis sparsis subcylindricis breviuſculis rectis, longioribus subflexuosis, disco angustissimo.

Habitat in America & Africa ad fruticum ramos ex. gr. Crotone Cascarilla.

*Cum* Graphide lineola *cui similis non confundenda. In hac enim crusta lævigata & apotheciorum perithecium distinctum, subtus deficiens, ac parenchyma coloratum, sed in* Op. comma *hoc atrum est.*

12. Opegrapha striatula: crusta effusa tenui rore cinereo-glauco obtecta; apotheciis sessilibus sparsis ellipticis, elongatisque cylindricis obtusis glabris, longioribus lineis sulcisque longitudinalibus striatis subflexuosis, disco rimæformi.

Habitat in Guinea ad corticem Uvariæ.

13. Opegrapha prosodea: crusta cartilagineo-membranacea sordide pallido-fuscescente; apotheciis sessilibus crassis subcylindricis nitidiusculis rectis, a marginibus conniventibus elevatis discumque claudentibus subcarinatis.

Opegrapha prosodea *Meth. Lich. p.* 22. — & *var.* β. jamaicensis. *Lichenogr. Univ. p.* 257.

Habitat in Ind. Occid. & Guinea ad cortices arborum.

14. Opegrapha pruinata: crusta nivea pulverulenta liniolis nigris limitata; apotheciis sessilibus longiusculis crassis turgidis rectiusculis rugoso-scabridis albo-pruinosis, disco rimæformi.

Opegrapha pruinata. *Web. & Mohr. Arch.* 1. *p.* 132.

Habitat in Africa ad ramos fruticum prope Cap. b. sp.

*Per errorem, & speciminibus in Museo Thunbergiano nondum a me visis, ut synon. ad* Graphidem lineolam *referta.* (*Cfr. Lich. Univ. p.* 264.)

15. Opegrapha abnormis: crusta tenui molliuscula alba; apotheciis immersis tenuissimis brevibus longissimisque flexuosis confluentibus rugoso-crispis, disco margineque subnullo distincto.

Opegrapha abnormis α. *Lichenogr. Univ. p.* 259. (*exclusa var.* β. varia.)

Habitat in India Occid. & Amer. Sept. ad corticem duram arborum.

16. Opegrapha epipasta: crusta tenuissima subdeterminata lævigata cinerea; apotheciis innato-emergentibus minutis convexis rugulosis opacis variis, minoribus punctiformibus

longioribus exilissimis flexuosis subramosis, disco marginibusque tenuissimis subnullis.

Opegrapha epipasta α. *Lichenogr. Univ. p.* 258. — *Meth. Lich. p.* 26.

Opegr. dispersa. *Schrad. Kr. Saml. n.* 167.

Habitat in cortice lævi Aceris, Æsculi.

β O. microscopica: crusta tenuissima nitidula pallido-olivacea; apotheciis subellipticis simplicibus subparallelis, demum stellato-ramosis angulosisque submarginatis.

Opegrapha microscopica. *Engl. Bot. V.* 27. *T.* 1911.

Opegrapha epipasta β caraganæ. *Meth. Lich. p.* 26. — *Lich. Univ. l. c.*

Graphis microscopica. *Ehrh. Cr. n.* 278.

Habitat ad corticem lævigatam arborum, utplurimum in consortio cum Verrucaria analepta.

*An ab* Arthonia punctiformi *distincta & propria Species?*

γ. O. lactea: crusta effusa nitidula lactea; apotheciis immersis demum emergentibus, minoribus punctiformibus majoribus longissimis disco & marginibus perangustis.

Opegrapha epipasta γ. lactea. *Lich. Univ. l. c.*

Habitat in Corylo.

17. Opegrapha stenocarpa: crusta membranacea lævigata sublimitata albicante; apotheciis sessilibus variis minoribus globosis oblongisque majoribus longissimis angustissimis teretiusculis subrugulosis flexuosis, disco rimæformi clauso.

Opegrapha stenocarpa α. *Lichenogr. Univ. p.* 257. (*excl. var.* β. hapalea.)

Habitat in cortice ad truncos Pini Piceæ, Abietis, Aceris.

β. O. denigrata: crusta determinata membranacea albo-pallescente; apotheciis sessilibus confertis subnitidis longiusculis flexuosis simplicibus ramosisque, disco subcanaliculato.

Opegrapha denigrata α. & *var.* β atra. *Lich. Univ. p.* 259. 260. — & *var.* β. melanochroa. *Meth. Lich. p.* 27. (*excl. synon.*)

Op. atra. *Persoon ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* 7. *p.* 30. *T.* 1. *f.* 2. *C. c.*

Habitat ad corticem Juglandis. Fraxini, Quercus, Fagi.

†† *Apotheciorum disco concavo, canaliculato, vel plano, inter margines discretos aperto.* (Alyxoria)

28. Opegrapha notha: crusta cartilagineo-sublebrosa albida; apotheciis sessilibus sparsis subrotundis ovalibusque difformibus, disco plano, demum convexo-hemisphærico subtuberculosoque, margine subevanescente.

Opegrapha notha. *Lichenogr. Univ.* p. 252. & *var.* β. turgida. *Meth. Lich.* p. 17. 18. — *Clemente Ensayo* &c. *Add.* p. 295

Op. Lichenoides. *Pers.* ap. *Uster. in Ann. d. Bot. St.* 7. p. 30. T. 2. f. 4. a. b. — *Fl. Dan. V.* 8. T. 1242. f. 1.

Op. verrucarioides *var.* β. megalyna & *var.* δ. pepega. *Lich. Univ.* p. 244. 245.

Arthonia gibberulosa. *Lich. Univ.* p. 142.

Habitat ad corticem vetustam Ulmi, Ficus aliarumque arborum.

β O. gregaria: crusta subcartilaginea læviuscula albo-incana subcinerascenteque; apotheciis rotundato oblongis disco canaliculato, demum subrotundis difformibus passim congregatis, disco concavo rugoso-plicato, margine elevato persistente flexuoso.

Opegrapha gregaria. *Lichenogr. Univ.* p. 252.

*Crusta interdum albidior subpruinosa & apothecia longiora disco aperto canaliculato, formam tamen latiorem & plicatam dein assumente.*

γ. O. cæsia: crusta subleprosa albissima; apotheciis adpressis, minoribus subrotundis, majoribus longiusculis obtusissimis curvatisque, disco plano albo-pruinoso, margine elevato integro persistente.

Opegrapha cæsia α, & *var.* β. amylacea. *Lich. Univ.* p. 253.

δ O. signata: crusta effusa tenuissima albo-glaucescente; apotheciis adpressis variis obtusiusculis, majoribus longiusculis flexuosis, disco lato plano demum convexiusculo, marginibus exiguis subevanescentibus.

Opegrapha signata α *Lichenogr. Univ.* p. 261.

Op. diaphora β. signata. *Meth. Lich.* p. 19.

Op. ovaliformis. *Lich. Univ.* p. 255.

Occurrit crusta subnulla & albo-pruinosa.

ε. O. tigrina: crusta tenuissima sordide-albicante; apotheciis longiusculis simplicibus rectis subparallelis aggregatis confluentibusque, disco canaliculato concaviusculo demum plano.

Opegrapha signata β. tigrina. *Lich. Univ. p.* 262.

ζ. O. diaphora: crusta cartilagineo-membranacea sordide albo-cinerascente; apotheciis sessilibus variis oblongis subelongatisque utrimque subattenuatis opacis, disco plano, marginibus persistentibus subflexuosis.

Opegrapha diaphora α. & *var.* γ. spaniota. *Lich. Univ. p.* 254. — *Meth. Lich. p.* 19.

Op. varia. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* 7. *p.* 30.

*Dantur individua omnes has varietates formis intermediis conjungentia & aliquando in consortio crescentia, quare vix ut varietates, multo minus ut Species distinctae haberi possunt.*

19. Opegrapha vulvella: crusta tenui laevigata demum inaequabili alba subcinerascente; apotheciis sessilibus sparsis oblongo-ellipticis, disco aperto concavo in medio dilatato, marginibus tumidulis subinflexis.

Opegrapha vulvella α. & *var.* β. pulicaris. *Lichenogr. Univ. p.* 251. (*excl. var.* γ. anachaena.) — *Meth. Lich. p.* 19. *Tab.* 1. *f.* 9.

Op. diaphora β. spurcata, *Lich. Univ. p.* 254.

Habitat ad corticem & epidermidem variarum arborum.

*Discus interdum albo-pulverulentus.*

β. O. lutescens: crusta lutescente; apotheciorum disco pulvere lutescente suffuso.

Op. vulvella *var.* a. lutescens, *Clemente Ensayo &c. Add. p.* 295.

Habitat in Hispania ad corticem Pini.

20. Opegrapha rimalis: crusta effusa cinerascente; apotheciis sessilibus oblongis longiusculisque rectiusculis simplicibus tumidis, disco canaliculato-concavo, marginibus elevatis subinflexis parallelis.

Opegrapha rimalis α. & *var.* glauca *Lichenogr. Univ. p.* 260. 261. (*excl. var.* β. fuscata.)

Habitat ad arborum corticem.

*Vix varietas* O. vulvellæ, *nec cum hac, ob apotheciorum diversum habitum, ad* O. notham *referre potui.*

21. Opegrapha scaphella: crusta membranacea inæquabili cinerea; apotheciis emergentibus oblongo-ellipticis crustæ ruptura marginatis, disco demum in medio dilatato aperto, apicibus conniventibus.

Habitat in America ad corticem Cinchonæ albæ.

*Ab* O. vulvella *cui perquam similis dignoscitur apotheciis paullo longioribus emergentibus a crusta s. margine ejusdem thallode cinctis, nec in ea sessilibus.*

22. Opegrapha cicatrisans: crusta tenuissime excavato-punctata virescenti-pallida; apotheciis minutis crustæ innatis oblongo-linearibus rectis, disco subdehiscente, marginibus parallelis.

Habitat in Guinea ad corticem arborum.

*Crustæ natura ejus colore atque disci forma in Apotheciis ab* O. vulvella, O. Verrucarioide *& aliis affinibus distincta. Elabuntur frequenter apothecia cicatricem concaviusculam nigro-marginatam in crusta post se relinquentia.*

23. Opegrapha enteroleuca: crusta effusa albo-glaucescente subpruinosa; apotheciis crustæ subinnatis rotundatis turgidis, dein oblongo-ellipticis, disco aperto concaviusculo lineari, substantia interna albissima.

Habitat in America meridion. ad corticem Cinchonæ (novæ dictæ.)

*Dilabuntur sæpissime apothecia foveolam in crusta concavam albam nigro-marginatam relinquentia.*

24. Opegrapha phæa: crusta tenuissime rimosa cinerascenti-fusca nigro limitata punctataque; apotheciis sessilibus turgidis subnitidis longe ellipticis simplicibus angulosoque-substellatis subacuminatis, disco canaliculato demum planiusculo.

Opegrapha phæa α. *Lichenogr. Univ. p.* 255.

Habitat ad corticem Juglandis.

*Apotheciis turgidis subnitidis, crustæ natura ac colore ab* O. nothæ *var.* diaphora *satis diversa.*

β. O. brunna: crusta effusa rugulosa subrimosa fusco-brunnea; apotheciis subrotundis oblongis ellipticis variis, disco canaliculato triante planoque.

Op. phæa β. brunna. *Lich. Univ. l. c.*
Op. vulvella γ. anachæna. *ibm. p.* 251.

15. Opegrapha siderella: crusta cartilagineo-membranacea, pallido-ferruginea; apotheciis crustæ innatis variis flexuosis simplicibus ramosis substellatisque, disco canaliculato planiusculo.

Opegrapha siderella α. & *var.* β rufescens. *Lichenogr. Univ. p.* 256. — *Meth.* Lich. *p.* 25.
Op. rufescens. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* 7. *p.* 29. *T.* 2. *f.* 3. *A. a.*

Habitat in arborum cortice.

*Crusta aliquando determinata sublimitata, variat insuper plus minus cinerascens & fuscescens. Ab* O. herpetica *apotheciis latioribus longioribus flexuosis ramosis & horum disco aperto planiusculo omnino distincta. Apotheciis multo minoribus & immersis præcipue ab* O. phæa *dignoscitur.*

26. Opegrapha tridens: crusta subpulveraceo-stuppea sordide albicante, nigro-punctata; apotheciis subsimplicibus longiusculis fere singulis stellatis utplurimum tricuspidatis, disco concavo in medio dilatato plano.

Opegrapha tridens α. *Lichenogr. Univ. p.* 263.

Habitat ad corticem arborum in Anglia.

b. arenaria: crusta tenuissima pulverulenta albicante subnulla; apotheciis scabridis oblongis elongatisque rectis flexuosis simplicibus l. subtridentatis, disco plano-concavo.

Op. tridens β arenaria. *Lich. Univ. l. c.*

Habitat ad saxa arenaria.

27. Opegrapha hapalea: crusta cartilaginea diffracto-rimosa lævigata alba; apotheciis crustæ innatis variis oblongo-ellipticis elongatis longissimisque subflexuosis, confertis confluentibus opacis, intus corneis albicantibus, disco lato plano.

Opegrapha depressa. *Lichenogr. Univ. p.* 262.
Op. stenocarpa β. hapalea. *ibm. p.* 257.
Op. denigrata γ. italiana. *ibm. p.* 260.
Op. pulicaris β. strigata. *ibm. p.* 263.
Op. rubella β. drymea. *Meth. Lich. p.* 21.
Op. rimosa. *Decandolle.*

Habitat in cortice ad truncos arborum.

*Primo aspectu similis* O. stenocarpa *sed insertione forma & natura apotheciorum ab ea magnopere diversa.*

β. O. pedonta; crusta subdeterminata membranacea cinereo-olivacea vel fuscescente; apotheciis rugosis flexuosis difformibus confluentibus disco canaliculato demum plano elevato-tumente.

Opegrapha pedonta α. *Lichenogr. Univ. p.* 262.

Op. signata *var.* pedonta. *Ach. ap. Schleich. Pl. Cr. Cent.* 5. *n.* 65.

Habitat ad corticem Fagi & aliarum arborum.

b. sychnotea: crusta subeffusa albo-virescente; apotheciis longiusculis flexuosis confertissimis confluentibus difformibus rugosis plano-tumentibus.

Op. pedonta γ. sychnotea. *Lich. Univ. p.* 263.

Habitat ad corticem Quercus.

---

## ORDO SECUNDUS.

---

### IX. GRAPHIS.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 46. Tab. III. f. 14—16.

Receptaculum universale crustaceum plano-expansum adnatum uniforme. Partiale: thalamium elongatum thallo immersum, perithecio simplici cartilagineo dimidiato laterali (atro) utrimque marginante Nucleum linearem, discum formantem, supra subtusque denudatum, intus celluloso-striatum.

---

1. Graphis Lineola: crusta molliuscula lævigata albissima subpruinosa; apotheciis sparsis angustissimis longis rectiusculis simplicibus, margine thallode spurio tumidulo, demum emersis sessilibus cylindraceis disco subrimæformi.

Graphis lineola. *Lichenogr. Univ. p. 264. (excl. synon. & Cfr.* Opegr. pruinata).

Habitat ad corticem arborum in America.

2. Graphis tenella: crusta lævigata nuda limitata albido-glaucescente; apotheciis prominentibus oblongis longissimisque rectiusculis angustissimis subnitentibus, disco canaliculato, margine thallode adnato demum evanescente.

Habitat in Guinea ad Corticem Godarii, Bombacis & aliarum arborum.

*Quando per ætatem apothecia supra crustam magis elevantur & marginem thallodem amittunt faciem* Opegraphæ *induit (quemadmodum etiam in* G. Lineola*), sed thalamium subtus deest ut in reliquis* Graphidibus, *quare hujus, nec* Opegraphæ, *genuina species.*

3. Graphis duplicata: crusta tenui alba subdeterminata; apotheciis prominulis elongatis rectis flexuosisque, disco rimæformi, margine perithecii demum duplicato, thallode subnullo.

Habitat in America ad corticem Cinchonarum.

*A* Gr. eleganti *admodum diversa & rariora sunt illa apothecia vetusta quorum margines thalamii canaliculati s. duplicati sunt.*

4. Graphis scripta: crusta membranacea lævigata subnitida albida subcinerascenteque sublimitata; apotheciis emergentibus nudis flexuosis simplicibus ramosisque, disco subrimæformi, margine thallode elevato membranaceo.

Graphis scripta. *Lichenogr. Univ. p.* 265.

Opegrapha scripta. *Meth. Lich. p.* 30. — *Clemente Ensayo &c. Add. p.* 295.

Lichen scriptus. *Linn. Fl. Sv. n.* 1057. — *Hoffm. En. Lich. T.* 3. *f.* 2. *b.*

Habitat ad corticem lævigatam arborum.

a. limitata: crusta sordide cinereo-olivacea nigro-limitata; apotheciis nitidis simplicibus ramosisque.

G. scripta α. limitata. *Lich. Univ. l. c.*

Opegrapha limitata. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* 7. *p.* 30.

b. varia: crusta effusa subdeterminataque alba incana alboque virescente; apotheciis

confertiusculis flexuosis simplicibus ramosisque.

Gr. scripta β. varia. *Lich. Univ. l. c.* — *Schleich. Pl. Cr. Cent.* 5. *n.* 78. — *Hoffm. Enum. Lich. T.* 3. *f.* 2. *b.*

c. macrocarpa: crusta effusa albicante; apotheciis longissimis rectis subparallelis simplicibus apiceque furcatis.

Gr. scripta γ. macrocarpa. *Lich. Univ. p.* 266. — *Meth.* Lich. *p.* 30. (Opegrapha)

Op. macrocarpa. *Pers. ap. Uster. l. c. T.* 1. *f.* 1. *a. b.*

d. hebraica: crusta effusa cinereo-fuscescente; apotheciis confertis brevioribus rectis curvatis & ad angulum rectum ramosis.

Gr. scripta δ. hebraica. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. l. c.* (Opegrapha) — *Hoffm. l. c. T.* 3. *f.* 2. *a.*

e. tenerrima: crusta membranacea nitida albo-cinerascente; apotheciis longissimis angustissimis simplicibus flexuosis & anastomosantibus, margine thallode subnullo.

Gr. scripta ε. tenerrima. *Lich. Univ. l. c.*

*Habitus* Op. stenocarpæ, *sed apothecia ut in* Graphide & *crustæ immersa.*

β G. pulverulenta: crusta effusa membranacea albicante; apotheciis emergentibus flexuosis, disco canaliculato dehiscente cæsiopruinoso, margine thallode elevato tumidulo.

Graphis pulverulenta. *Lichen. Univ. p.* 266.

Opegrapha pulverulenta. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* 7. *p.* 29. *T.* 1. *f.* 2. *B. b.* — *Meth. Lich. p.* 28. — *Fl. Dan. V.* 7. *T.* 1243. *f.* 1.

a. fraxinea: crusta albida subincarnata; apotheciis longis rectiusculis subsimplicibus obtusis, disco planiusculo.

Gr. pulverulenta α. fraxinea. *Lich. Univ. p.* 267. — *Meth. Lich. p.* 28. (Opegrapha)

b. grammica: crusta alba subcinerascente; apotheciis breviusculis flexuosis acutiusculis, disco dehiscente subnudo.

Gr. pulverulenta β. grammica. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. l. c.* (Opegrapha)

c. flexuosa: crusta albo-glaucescente; apotheciis longissimis flexuosis passim ramosis & reticulato-anastomosantibus.

Gr. pulverulenta γ. flexuosa. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. l. c.* (Opegrapha)

d. microcarpa: crusta subinæquabili lactea; apotheciis rectiusculis longe ellipticis subsimplicibus sparsis, disco subcanaliculato pruinoso.

Gr. pulverulenta δ. microcarpa. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. l. c.* (Opegrapha) — *Clemente Ensayo &c. Add. p.* 295.

γ. G. Cerasi: crusta tenuissima incana glaucescenti nitida; apotheciis emergentibus rectis elongatis simpliciusculis acuminatis subparallelis, disco canaliculato subpruinoso, margine thallode tenui.

Graphis Cerasi. *Lichenogr. Univ. p.* 268.

Opegrapha Cerasi. *Persoon ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* 11. *p.* 20. — *Meth. Lich. p.* 27.

Habitat ad corticem Pruni avium & Pr. spinosæ.

5. Graphis betuligna: crusta tenuissima alba nigro-limitata, apotheciis immersis subsimplicibus ellipticis elongatis stellatisque, disco lato plano subpruinoso, margine thallode elevato submembranaceo.

Graphis betuligna α. & *var.* stellata. *Lichenogr. Univ. p.* 268, 269.

Opegrapha betuligna. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* 7. *p.* 31. *T.* 3. *f.* 5. *A. a.* — *Meth. Lich. p.* 29.

Habitat ad epidermidem truncorum Betulæ albæ.

*Forte etiam hæc ut varietas* Gr. scriptæ *censenda, at apotheciis constanter immersis & horum disco dilatato plano evidenter differt.*

6. Graphis dendritica: crusta subcartilaginea inæquabili albissima; apotheciis immersis flexuosis ramosis nigris, ramis divergentibus furcatis acutis, disco lato plano nudo, margine perithecii subnullo, thallode subevanido.

Graphis dendritica. *Lichenogr. Univ. p.* 271.

Opegrapha dendritica. *Meth. Lich. p.* 31. *Tab.* 1. *f.* 10.

Habitat in cortice arborum.

*Discus nuclei niger, humectatus pellucidus hyalino-fuscescens evadit.*

7. Graphis serpentina: crusta cartilagineo-membranacea inæquabili rugulosa determinata alba cinereaque; apotheciis immersis elon-

gatis confertis flexuosis subsimplicibus ramosisque obtusis cæsio-pruinosis, disco demum plano, margine thallode laterali-incrassato.

Graphis serpentina. *Lichenogr. Univ.* p. 269.
Opegrapha serpentina! *Meth. Lich.* p. 29. — *Schrad. Journ. f. d. Bot.* 1801. *St.* 1. p. 77.

Habitat ad corticem arborum in Europa & America.

*Ob habitum proprium & singularem distincta species videtur nec tantum formavetusta* Gr. pulverulentæ.

a. litterella: crusta alba; apotheciis confertis radiato-ramosis, ramis longioribus divergentibus subparallelis & decussantibus subnudis.

Gr. serpentina α litterella. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. l. c.* (Opegrapha)

b. subtilis: crusta sordide alba cinerascente ruguloso-areolata; apotheciis subemergentibus brevibus elongatisque confertis flexuosis subsimplicibus, disco pruinoso.

Gr. serpentina β. subtilis. *Lich. Univ.* p. 270. — *Meth. Lich. l. c.* (Opegrapha)

c. acerina: crusta effusa lævigata rimosa albo pallescente; apotheciis longiusculis flexuosis sparsis passimque confertis ramosis connato-substellaris subnudis.

Gr. serpentina γ acerina. *Lich. Univ. l. c.*

d. spathea: crusta subdeterminata inæquabili subpulverulenta alba; apotheciis immersis elongatis flexuosis ramosis nudiusculis, disco rimæformi-canaliculato, margine thallode subnullo.

Gr. serpentina δ. spathea. *Lich. Univ. l. c.*

e. eutypa: crusta determinata subpulverulenta albo-grisea; apotheciis immersis brevibus simpliciusculis flexuosis subpruinosis, disco canaliculato, margine thallode crassiusculo crustam haud superante.

Gr. serpentina ε. eutypa. *Lich. Univ. l. c.*

f. rugosa: crusta cartilaginea rimosa rugosa cinerea; apotheciis immersis brevibus rectiusculis simplicibus, margine thallode laterali tumente suboccultatis.

Gr. serpentina ζ. rugosa. *Lich. Univ.* p. 271.

8. Graphis tortuosa: crusta tartareo-cartilaginea alba; apotheciis immersis ramosis contortuplicatis obtusissimis, disco lato plano pulvere denso albo obtecto, margine perithecii tenui elevato subcrenulato nudo, thallode subnullo.
Habitat in India Occid. ad corticem Crotonis Cascarillæ.
*Pulvis quo repletur discus in aqua persistit. Apothecia longissima, subcrispa apparent.*

9. Graphis Lyelli: crusta membranacea lævigata pallide olivacea; apotheciis confertis subsimplicibus curvatis turgidis obtusis, disco lato convexo cinereo-pruinoso, margine crasso albo pulverulento. †
Opegrapha Lyelli. *Engl. Bot. V.* 27. *T.* 1876.
Habitat in Anglia ad corticem rugosam arborum.

10. Graphis Afzelii: crusta membranacea luteo-fusca; apotheciis prominentibus turgidis elongatis subsimplicibus flexuosis obtusis crusta alba vestitis, disco rimæformi, margine perithecii crassissimo divaricato thallodem obtegente.
Habitat in Guinea supra arborum corticem.
*Instar* Hysterii *tument labia apotheciorum in hac spectabili specie. Raro crusta alba, qua tegitur totum apothecium, deperditur & margines thalamii denudatos atros relinquit.*

11. Graphis elegans: crusta orbiculari granulata glabra alba; apotheciis immersis sparsis brevibus rectis subsimplicibus, margine perithecii sulco longitudinali canaliculato. †
Opegrapha elegans. *Engl. Bot. V.* 26. *T.* 1852.
Habitat in Anglia ad corticem lævigatam arborum juniorum.
*Totus habitus & margo thallodes demum reflexus valde perspicuam & genuinam* Graphidis *speciem esse, oppido demonstrant.*

12. Graphis inusta: crusta membranacea subrugulosa pallido-virescente, lineolis nigris decussata; apotheciis minutis immersis breviusculis rectis simplicibus ramosoque substellatis obtusis plano-concavis nudis, margine perithecii tenuissimo integro cum thallode crassiori elevato concreto.

Habitat in Canada ad corticem Prinos verticillatæ, a. b. m. Kalm olim ad nos transportatam.

*Species minutula. Apothecia vix lineam longa. A sequente* (Gr. scalpturata) *diversissima, licet ægre charactere specifico ab ea distinguitur. Differt vero præcipue crustæ colore alio, apotheciis minutis & brevibus, sed non raro ramosiusculis, tenerrimis, brevioribus tantum obtusiusculis, reliquis subacuminatis & numquam supra crustam elevatis.*

23. Graphis scalpturata: crusta glabra pallido-flavescente, nigro-limitata; apotheciis sparsis immersis simplicibus longissimis flexuosis planis obtusis nudis, margine perithecii flexuoso-crispo cum thallode elevato concreto.

Habitat in America meridion. supra corticem Cinchonæ (albæ in pharmacopoliis dictæ.)

*Apothecia inter maxima & longissima in hoc Genere.*

24. Graphis planata: crusta membranacea olivaceo-fuscescente; apotheciis immersis rotundato-oblongis longiusculisque difformibus obtusissimis nudis, disco lato plano-concaviusculo, margine perithecii subnullo, thallode tenui elevato.

Habitat in Guinea ad corticem Uvariæ.

25. Graphis caribæa: crusta subtartarea effusa pulverulenta albissima; apotheciis minutis immersis ramosis rufo-fuscis, ramis linearibus flexuosis ramulosis, disco canaliculato, margine thallode subnullo.

Graphis caribæa. *Lichenogr. Univ. p.* 272.

Opegrapha abnormis β. varia. *ibm. p.* 259.

Habitat in India Occid. ad arborum corticem.

26. Graphis pezizoidea: crusta membranacea cinereo-fusca; apotheciis subsessilibus subrotundis oblongisque cupulatis; disco albo pruinoso, margine perithecii elevato subinflexo nudo glabro extus cum thallode concreto.

Habitat in Guinea ad corticem arborum lævigatam.

*Singularis species ob formam apotheciorum cupularem in* Pezizæ *modum figuratorum.*

*Obs. In Enumeratione Lichenum novorum, quam ante annum ad Cl. Schrader pro Ejus Diario (cujus evulgationem, an factam, ignoramus) misimus, mentionem de duabus* Graphidis *speciebus nempe* Gr. deformis *&* Gr. incileatæ *fecimus. Has autem jam excludere debui, quum dubius sum, utrum genuini* Lichenes, *an excrescentiæ fortuitæ ipsius corticis sint.*

---

## X. VERRUCARIA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 51. Tab. IV. f. 2. 3.

RECEPTACULUM universale crustaceum plano-expansum adnatum uniforme. Partiale: thalamium hemisphærico-subglobosum basi thallo innatum, perithecio duplici; exteriori subcartilagineo crasso (atro) dimidiato supero, papilla vel ostiolo instructo, interiori tenuissimo membranaceo. Nucleum subglobosum celluloso-vesiculosum, undique includente.

---

† *Thallo cartilagineo-membranaceo contiguo lævigato.* (Lejophlea)

1. VERRUCARIA punctiformis: crusta tenuissima subdeterminata lævigata fuscescente; apotheciis minutis hemisphærico-subglobosis subastomis, nucleo globoso albo.

Verrucaria punctiformis *α Lichenogr. Univ. p.* 274. — *Meth. Lich. p.* 119. — *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* 11. *p.* 19. — *Clemente Ensayo &c. Add. p.* 299.

Habitat in cortice lævi ad ramos arborum.

b. ptelæodes: crusta tenuissima glauco-fuscescente; apotheciis minutis convexiusculis confertissimis.

V. punctiformis *β.* ptelæodes. *Lich. Univ. p.* 275. — *Meth. Lich. l. c.*

β. V. atomaria: crusta tenuissima lævigata cinerascenti-plumbea nitidiuscula; apotheciis

minutiſsimis hemisphærico-conoideis globosisque, ostiolo impresso papillatove.

V. stigmatellæ *var.* β. micans & ε. atomaria. *Lich. Univ. p.* 277. — *Meth.* Lich. *p.* 117.

2. Verrucaria analepta; crusta membranacea subdeterminata nitida subolivacea; apotheciis subsessilibus sparsis hemisphærico-conoideis papillatis, nucleo compresso submembranaceo albo.

Verrucaria analepta α *Lichenogr. Univ. p.* 275. — *Meth. Lich. p.* 119.

V. olivacea. *Pers. ap. Uster. in. Ann. d. Bot. St.* 7. *p.* 28. *T.* 3. *f.* 6. *B. a. b.* — *Schrad. Spicil. Fl. G. T.* 2. *f.* 1.

Habitat ad corticem in primis Fagi.

β. V. americana: crusta pallide-olivacea, lineolis nigris serpentinis passim decussata limitataque; apotheciis hemisphæricis, nucleo subgloboso intus nigricante.

V. analepta β americana. *Lich. Univ. l. c.*

Habitat ad corticem Æschynom. grandifl. in America.

3. Verrucaria carpinea: crusta tenui demum subrimosa fusco nigricante; apotheciis hemisphæricis subpapillatis, intus hyalinis, nucleo globoso albo.

Verrucaria carpinea. *Lichenogr. Univ. p.* 281. — *Meth. Lich. p.* 120.

Habitat ad corticem Carpini.

4. Verrucaria phæa: crusta submembranacea passim rimosa suborbiculari fusco cinerascente; apotheciis semi-immersis supra crustam hemisphæricis papillatis, intus fuscescentibus.

Habitat in India Occid. ad corticem Cinchonæ?

*Inter species* Verrucariæ, *crusta obscura notabiles, hujus apothecia majora sunt quam in reliquis excepta forte* V. carpinea, *quæ tamen nucleo globoso albiſsimo atque etiam crustæ colore differt.*

5. Verrucaria pulla: crusta tenui contigua membranacea lævigata fusco-nigricante; apotheciis minutis hemisphæricis glabris subpapillatis, intus nigris.

Verrucaria pulla. *Lichenogr. Univ. p.* 281.

Habitat in America ad corticem Dircæ palustris.

*Similis* V. mucosæ. *Crusta humectata glaucescit.*

6. Verrucaria rhyponta: crusta tenuissima maculari elevato-punctata scabriuscula fuligineo-atra; apotheciis minutissimis hemisphærico-conoideis, intus albicantibus.
Verrucaria rhyponta. *Lichenogr. Univ. p.* 282.
Habitat in cortice ad ramos Tiliæ & Fraxini.
*Vix varietas V.* carpineæ, *nam crusta omnino diversa & apothecia multo minora intus tota albida.*

7. Verrucaria pusilla: crusta tenuissima contigua submembranacea cinereo-virescente; apotheciis minutissimis sessilibus subglobosis papillatis demum pertusis, intus nigris.
Verrucaria pusilla. *Lichenorg. Univ. p.* 282.
Habitat in India Occid. ad corticem Piscidiæ Erythrinæ.

8. Verrucaria epidermidis: crusta tenuissima effusa lactea; apotheciis minutis subrotundo-ellipticis convexis circumcirca plano-depressis, papillula hemisphærica, nucleo compresso albo.
Verrucaria epidermidis α. *Lichenogr. Univ. p.* 276. — *Meth. Lich. p.* 118. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 464.
Habitat in tenera epidermide Betulæ albæ.
b. albissima: crusta subpulverulenta albissima; apotheciis minutissimis subrotundis hemisphæricis.
V. epidermidis β. albissima. *Lich. Univ. l. c.*
Habitat cum priori epidermide destructa.
c. V. Cerasi: crusta determinata tenuissima nitida argenteo-plumbea; apotheciis minutis subellipticis convexis, nucleo compressiusculo albo.
Verrucaria Cerasi. *Schrad. Kr. Saml. n.* 174. — *Lich. Univ. p.* 276. — *Meth. Lich. p.* 119.
Habitat in cortice Pruni, Cerasi & Quercus.

9. Verrucaria stigmatella: crusta tenui cartilagineo-membranacea lævigata demum rimosa albicante; apotheciis minutis hemisphæricis confertis subconfluentibus subastomis, nucleo globoso cinerascente.
Verrucaria stigmatella. *Meth. Lich. p.* 117. — α. & *var.* δ. tremulæ *Lichenogr. Univ. p.* 276, 277. (*excl. variett.* β. micans & ε. atomaria).

V. Cinerea. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St. 7. p. 28. T. 3. f. 6. A.* — *Schrad. Spicil. Fl. G. T. 2. f. 2.*

Habitat ad corticem lævem arborum & fruticum.

β V. lactea: crusta læviuscula lactea; apotheciis sparsis minutis pertusis subglobosis; majoribus hemisphæricis subpapillatis, intus albo-hyalinis.

V. stigmatella γ. lactea. *Lich. Univ. p. 277.*

Habitat ad corticem Copaiferæ officin. & Bonplandia trifol. in America atque etiam ad corticem arborum in Helvetia.

10. VERRUCARIA galactina: crusta effusa tenui membranacea lactea; apotheciis convexiusculis elevato-punctatis, papillæ marginatæ ostiolo pertuso, intus atris.

Habitat in Guinea ad arborum corticem.

*Crustæ colore, thalamiorum opacitate ac forma, nec non partium internarum diversa natura a* V. gemmata *&* V. Cinchonæ, *cui proxima est, certo certius distincta.*

11. VERRUCARIA Cinchonæ: crusta effusa tenuissima albo-glaucescente; apotheciis convexo-conoideis rugolosis papillatis vel ostiolo impressis, nucleo collapso albicante, humectato nigro-fuscescente.

Habitat in America ad corticem Cinchonæ specierum.

*Inter* V. stigmatellam *&* V. gemmatam *intermedia quasi, nec ad alterutram harum commode referenda, quamvis charactere specifico ab his ægre distinguitur. Apothecia majora quam in illa, sed quam in hac minora. A priori differt: apotheciis non exacte hemisphæricis, sed potius e lata basi conoideis atque ostiolò excavatò instructis; ab altera: apotheciis multo minoribus, profundius cortici sub crusta immersis non papillatis & apicis ostiolo majori impresso; ab utraque: colore fuscescente & fere nigro nuclei, quando humectatur.*

12. VERRUCARIA gemmata: crusta effusa tenui lævigata albo-incana; apotheciis sparsis hemisphæricis papillatis nitidis, nucleo globoso hyalino.

Verrucaria gemmata. *Lichenogr. Univ. p.* 278. — *Meth. Lich. p.* 120. *& var.* β. dryogona, *in Suppl. p.* 18.

V. melaleuca. *Meth. Lich. p.* 117. *T.* 3. *f.* 1.

*V. alba. Schrad. Spic. Fl. G. p. 109. — Tab. 2. f. 3.*
Habitat ad corticem arborum proceriarum.

13. Verrucaria glabrata: crusta cartilagineo-membranacea glabriuscula pallescenti-alba; apotheciis sparsis aggregatisque hemisphærico-conoideis papillatis, cavitate interanea amplissima vacua, nucleo emarcido, humectato fuscescenti-nigro.
Verrucaria lævigata. *Persoon in Act. Wetteraw. V. 2.*
Habitat in Gallia & Helvetia ad arborum corticem.
*Nomen triviale mutavi ne confundatur cum* V. lævata. *Apotheciis multo majoribus ut & reliquis criteriis a* V. gemmata, V. galactina & V. Cinchonæ *omnino distincta.*

14. Verrucaria pyrinoica: crusta cartilagineo-membranacea olivaceo-fuscescente; apotheciis sessilibus convexis difformibus confluentibus, ostiolo demum urceolato peritheciοque interiori flavicantibus.
Habitat in Guinea ad arborum corticem.
*Ratione apotheciorum hæc species inter majores numeranda & facile distincta ostiolo horum amplo excavato & perithecio interiori flavis.*

15. Verrucaria tropica: crusta cartilaginea lævigata inæquabili pallido-lutescente, apotheciis sessilibus subglobosis confertis, supra depressis epapillatis fundo albo-pruinoso, nucleo fuscescente.
Verrucaria tropica. *Lichenogr. Univ. p. 278.*
Habitat in America & insulis tropicis ad cortices arborum duros.

16. Verrucaria cavata: crusta effusa tenui inæquabili cinerea; apotheciis junioribus subgloboso-hemisphæricis subastomis, reliquis subtruncatis marginatis disco depresso, papilla centrali, intus vacuis nucleo emarcido.
Habitat in Helvetia ad corticem læviusculam squamosam Pini.
*Apothecia quam in* V. gemmata *paullo minora intus quasi vacua perithecio interiori albicante.*

17. Verrucaria sphinctrina: crusta membranacea sordide pallida subfuscescente; apotheciis sparsis sessilibus hemisphæricis supra im-

V. Cinerea. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St. 7. p. 28. T. 3. f. 6. A.* — *Schrad. Spicil. Fl. G. T. 2. f. 2.*

Habitat ad corticem lævem arborum & fruticum.

β V. lactea: crusta læviuscula lactea; apotheciis sparsis minutis pertusis subglobosis, majoribus hemisphæricis subpapillatis, intus albo-hyalinis.

V. stigmatella γ. lactea. *Lich. Univ. p. 277.*

Habitat ad corticem Copaiferæ officin. & Bonplandia trifol. in America atque etiam ad corticem arborum in Helvetia.

10. VERRUCARIA galactina: crusta effusa tenui membranacea lactea; apotheciis convexiusculis elevato-punctatis, papillæ marginatæ ostiolo pertuso, intus atris.

Habitat in Guinea ad arborum corticem.

*Crustæ colore, thalamiorum opacitate ac forma, nec non partium internarum diversa natura a* V. gemmata *&* V. Cinchonæ, *cui proxima est, certo certius distincta.*

11. VERRUCARIA Cinchonæ: crusta effusa tenuissima albo-glaucescente; apotheciis convexo-conoideis rugolosis papillatis vel ostiolo impressis, nucleo collapso albicante, humectato nigro-fuscescente.

Habitat in America ad corticem Cinchonæ specierum.

*Inter* V. stigmatellam *&* V. gemmatam *intermedia quasi, nec ad alterutram harum commode referenda, quamvis charactere specifico ab his ægre distinguitur. Apothecia majora quam in illa, sed quam in hac minora. A priori differt: apotheciis non exacte hemisphæricis, sed potius e lata basi conoideis atque ostiolò excavato instructis; ab altera: apotheciis multo minoribus, profundius cortici sub crusta immersis non papillatis & apicis ostiolo majori impresso; ab utraque: colore fuscescente & fere nigro nuclei, quando humectatur.*

12. VERRUCARIA gemmata: crusta effusa tenui lævigata albo-incana; apotheciis sparsis hemisphæricis papillatis nitidis, nucleo globoso hyalino.

Verrucaria gemmata. *Lichenogr. Univ. p. 278.* — *Meth. Lich. p. 120. & var.* β. dryogona, *in Suppl. p. 18.*

V. melaleuca. *Meth. Lich. p. 117. T. 3. f. 1.*

*V. alba. Schrad. Spic. Fl. G. p.* 109. — *Tab.* 2. *f.* 3.
Habitat ad corticem arborum proceriarum.

13. VERRUCARIA glabrata: crusta cartilagineo-membranacea glabriuscula pallescenti-alba; apotheciis sparsis aggregatisque hemisphærico-conoideis papillatis, cavitate interanea amplissima vacua, nucleo emarcido, humectato fuscescenti-nigro.

Verrucaria lævigata. *Persoon in Act. Wetteraw. V.* 2.

Habitat in Gallia & Helvetia ad arborum corticem.

*Nomen triviale mutavi ne confundatur cum* V. lævata. *Apotheciis multo majoribus ut & reliquis criteriis a* V. gemmata, V. galactina *&* V. Cinchonæ *omnino distincta.*

14. VERRUCARIA pyrinoica: crusta cartilagineo-membranacea olivaceo-fuscescente; apotheciis sessilibus convexis difformibus confluentibus, ostiolo demum urceolato perithecioque interiori flavicantibus.

Habitat in Guinea ad arborum corticem.

*Ratione apotheciorum hæc species inter majores numeranda & facile distincta ostiolo horum amplo excavato & perithecio interiori flavis.*

15. VERRUCARIA tropica: crusta cartilaginea lævigata inæquabili pallido-lutescente; apotheciis sessilibus subglobosis confertis, supra depressis epapillatis fundo albo-pruinoso, nucleo fuscescente.

Verrucaria tropica. *Lichenogr. Univ. p.* 278.

Habitat in America & insulis tropicis ad cortices arborum duros.

16. VERRUCARIA cavata: crusta effusa tenui inæquabili cinerea; apotheciis junioribus subgloboso-hemisphæricis subastomis, reliquis subtruncatis marginatis disco depresso, papilla centrali, intus vacuis nucleo emarcido.

Habitat in Helvetia ad corticem læviusculam squamosam Pini.

*Apothecia quam in* V. gemmata *paullo minora intus quasi vacua perithecio interiori albicante.*

17. VERRUCARIA sphinctrina: crusta membranacea sordide pallida subfuscescente; apotheciis sparsis sessilibus hemisphæricis supra im-

27. Verrucaria plumbea: crusta tartarea subcontigua determinata tenuissime rimulosa subrugosa plumbea; apotheciis subglobosis innatis, supra demum depressis scutelliformibus, intus albis.
Verrucaria plumbea. *Lichenogr. Univ. p.* 284.
Habitat in Helvetia ad rupes calcarias.

28. Verrucaria chlorotica: crusta tenui contigua e pallido cinereo-virescente; apotheciis minutis subsessilibus hemisphærico-subglobosis astomis, intus cinereo-nigricantibus.
Verrucaria chlorotica. *Lichenogr. Univ. p.* 285.
Habitat in Lusatia ad saxa.

29. Verrucaria hydrela: crusta effusa tenui subcontigua verruculosa fuscescenti-cinerea; apotheciis minutis subglobosis semi-immersis subpapillatis, intus albidis.
Habitat in Svecia ad saxa, aqua suffusa.
*Crusta aliter colorata & formata apotheciisque semi-immersis a* V. chlorotica *diversa.*

30. Verrucaria amphibia: crusta subtartarea suborbiculari contigua æquabili picea nitida; apotheciis subcylindricis tandem subscutelliformibus. †
Verrucaria amphibia. *Clemente Ensayo &c. in Add. p.* 299.
Habitat in Hispaniæ breccis calcariis fluxu maris submersis aut saltem aqua sæpe adspersis, præcipue super fragmenta quartzi.

31. Verrucaria lævata: crusta tartarea lævigata rimoso-diffracta alba subvirescente; apotheciis subglobosis semi-immersis subastomis, intus sordide hyalinis.
Verrucaria lævata. *Lichenogr. Univ. p.* 284.
Habitat ad saxa in fluminibus Lusatiæ.

32. Verrucaria glaucina: crusta rimoso-areolata fusco-glaucescente; apotheciis semi-immersis, parte prominente hemisphærica demum pertusa, intus sordide hyalinis.
Habitat in saxis durissimis Scotiæ.
*Similis* Lich. fuscello *Turn.* (Endoc. tephroides β. polythecium *vetustum*) *sed perithecium atrum intra crustam adest.*

33. Verrucaria pyrenophora: crusta tartarea

tenuissime rimulosa murina, nigro-limitata; apotheciis conoideis subtruncatis umbilicatis, nucleo demum lentiformi hyalino.

Verrucaria pyrenophora. *Lichenogr. Univ. p.* 285.

Habitat in Helvetia ad rupes schistosas.

*Apothecia inter majora vel maxima hujus Generis.*

34. VERRUCARIA epipolæa: crusta tartareo-pulveracea contigua rugoso-inæquabili alba vel cinerascente; apotheciis hemisphærico-subglobosis papillatis ostioloque pertusis, nucleo hyalino-albo.

Verrucaria epipolæa. *Lichenogr. Univ. p.* 285.

Habitat ad saxa Helvetiæ.

35. VERRUCARIA actinostoma: crusta tartarea rimosa rugoso-areolata alba; apotheciis subglobosis immersis umbilicatis marginatis, papillula pulvere albo radiata, intus albis.

Verrucaria actinostoma. *Lichenogr. Univ. p.* 288.

Habitat in Gallia ad saxa silacea.

36. VERRUCARIA maura: crusta tartarea tenui lævigata rimosissima aterrima; apotheciis minutis subglobosis immersis, apice umbilicata prominentibus, nucleo nigricante.

Verrucaria maura. *Lichenogr Univ. p.* 291. — *Meth. Lich. in Suppl. p.* 19. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 466.

Habitat in Svecia ad rupes & saxa aqua marina interdum suffusa.

37. VERRUCARIA striatula: crusta effigurato-dendritica virenti-atra limitata, areolis subdiscretis subramosis radiantibus; apotheciis conoideis demum supra concaviusculis marginatis, nucleo punctiformi hyalino.

Verrucaria striatula *Lichenogr. Univ. p.* 293. — *Meth. Lich. in Suppl. p.* 21. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 466.

Habitat in Finmarkia Norvegica ad littora maris supra saxa.

b. aerotella: crustæ areolis dispersis difformibus fusco-nigricantibus.

Verrucaria acrotella. *Meth. Lich. p* 123.

V. striatula β. acrotella. *Lich. Univ. l. c.*

Habitat in saxis quartzosis Sveciæ, Germaniæ.

38. VERRUCARIA muralis: crusta leproso-tartarea alba; apotheciis subglobosis immersis papillatis, ostiolo demum dilatato albo-pruinoso marginato, intus nigricantibus.

Verrucaria muralis. α. & var. β. concentrica. *Lichenogr. Univ. p.* 288, 289. — *Meth. Lich. p.* 115. — *Clemente Ensayo &c. Add. p.* 298.

Habitat ad muros calce illitos.

39. VERRUCARIA lateritia; crusta leprosa pulverulenta lateritia; apotheciis immersis subglobosis apice convexo subastomo prominulis.

Verrucaria lateritia. *Persoon in Act. Soc. Wetterau. V.* 2.

Habitat in Gallia supra terram limosam.

40. VERRUCARIA trachona: crusta tenui leproso-tartarea ferrugineo-virescente; apotheciis sessilibus minutis subglobosis pertusis, intus sordide cinerascentibus.

Verrucaria trachona. *Lichenogr. Univ. p.* 286. — *Meth. Lich. in Suppl. p.* 16.

Habitat in Svecia supra saxa micaceo-quartzosa.

41. VERRUCARIA farrea: crusta leprosa pulveracea albissima; apotheciis subglobosis semi immersis papillatis pertusisque, intus cinereis.

Verrucaria farrea. *Lichenogr. Univ. p.* 295. — *Meth. Lich. p.* 115.

Habitat in Svecia ad ligna subputrescentia & truncos arborum.

†††† *Thallo molli stuppeo subspongioso vel tenui arachnoideo.* (Inoderma)

42. VERRUCARIA spongiosa: thallo crasso spongioso viridi; apotheciis ampullæformibus immersis, ostiolo pertuso vix prominentibus, nucleo hyalino. †

Verrucaria spongiosa. *Lichenogr. Univ. p.* 295. — *Meth. Lich. p.* 125.

Sphæria spongiosa. *Bernh. ap. Römer in Arch. f. d. Bot. St.* 4. *p.* 11. *T.* 1. *f.* 2.

Habitat supra terram in Germania.

*Hanc & sequentes species propter thalli præsentiam e Lichenum numero non excludendas putavi, licet thalamii perithecio exteriori vix dimidiato a reliquis* Verrucariis *fere recedant.*

43. VERRUCARIA epigea: thallo tenui subfibroso inæquabili lutescenti-pallido; apotheciis minutis globosis immersis, ostiolo prominentibus, intus nigris.

Verrucaria epigea. *Lichenogr. Univ. p.* 295. — *Meth. Lich. p.* 125.

Sphæria epigea. *Pers. Synop. Meth. Fung. App. p. XX.*

Habitat ad terram limosam.

44. VERRUCARIA velutina: thallo tenui arachnoideo obscure viridi; apotheciis subglobosis semi-immersis conoideo-papillatis, nucleo hyalino.

Verrucaria velutina. *Lichenogr. Univ. p.* 295. — *Meth. Lich. p.* 124.

Sphæria velutina. *Bernh. ap. Römer. in Arch. f. d. Bot. St.* 4. *p.* 11. *T* 1. *f.* 5.

Habitat ad terram locis umbrosis in Germania.

45. VERRUCARIA byssacea: thallo subleproso arachnoideo sordide albo; apotheciis minutis subglobosis semi-immersis pertusis, intus nigris.

Verrucaria byssacea α. Lichenogr. *Univ. p.* 294. — *Meth. Lich. p.* 116.

Sphæria byssacea. *Weig. Obs. Bot. p.* 42. *T.* 2. *f.* 9. — *Pers. Synops. Fung. App. p. XXXII.*

Habitat ad caudices arborum.

β. V. stictica: thallo tenuissimo arachnoideo sordide cinerascente; apotheciis minutis innatis hemisphæricis pertusis.

Verrucaria byssacea β. stictica. *Lich. Univ. l. c.*

V. stictica. *Meth. Lich. p.* 118.

Habitat in cortice lævigata arborum & lignis antiquis.

b. minutissima: thallo exilissimo arachnoideo glauco-cinereo; apotheciis minutissimis subsessilibus supra ostiolo excavatis.

Verrucaria byssacea γ. minutissima. *Lich. Univ. l. c.*

V. stictica β minutissima. *Meth. Lich. l. c.*

Habitat in squamis corticis Abietis & ligno Salicum subputrido.

---

Obs. *Reliquæ in Lichenogr. Universali recensitæ species* Verrucariæ, *heic prætermissæ, jam ad* Pyrenulam *vel* Endocarpon *relatæ sunt.*

---

## XI. ENDOCARPON.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 55. Tab. IV. f. 5—7.

RECEPTACULUM universale crustaceum plano-adnatum subeffiguratum vel foliaceum peltatum.

que. Partiale: thalamium globosum in thalli substantia occultatum; perithecio simplici membranaceo tenui diaphano, ostiolo, ad superficiem thalli crasso subpapillæformi prominente, instructo, nucleum globosum subsimilarem includente.

---

1. Endocarpon sinopicum: thallo crustaceo rimoso-areolato, effigurato-sublobato virenti rubiginoso in ambitu depresso, ostiolis depressis nigris.

Endocarpon sinopicum. Lichenogr. Univ. p. 297. — *Meth. Lich. in Suppl. p. 30. — Wahlenb. Fl. Lapp. p. 460.*
Lichen sinopicus. *Engl. Bot. V. 25. Tab. 1776. (Figura altera microscopica:* Urceol. diamartam *exprimere videtur.)*

Habitat ad rupes & saxa.

2. Endocarpon smaragdulum: thallo crustaceo-cartilagineo subfoliaceo minuto subpeltato plano-adpresso rotundato integro viridi-luteo, ostiolis depressis rufo-fuscis.

Endocarpon smaragdulum. *Lichenogr. Univ. p.* 298. — *Meth. Lich. in Suppl. p.* 29. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 460.

Habitat in rupibus earumque rimis.

3. Endocarpon albatum: thallo cartilagineo adnato lævigato contiguo plano nudo lacteo subrotundo-difformi, ambitu subrepando; ostiolis subprominentibus fusco-atris pertusis.

Habitat in Helvetia ad terram limosam glareosam.

*Cum* End. tephroide *a me olim confusa, cujus specimen junius putavi; itaque etiam character & descriptio hujus in Lichenogr. Univ. p. 297. correctione egent. Post accuratius examen inveni tam substantia, indole & colore thalli quam aliis notis, omnino ab* E. tephroide *differre.*

4. Endocarpon tephroides: thallo crustaceo-membranaceo effuso-subfoliaceo contiguo flexuoso subinde imbricato rimoso cinereo pruinoso, ambitu irregulari lobato-crenato, subtus atro subspongioso, ostiolis elevatis convexis nigris pertusis.

Endocarpon tephroides. *Lichenogr. Univ. p.* 297. — *Meth. Lich. p.* 129. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 461.
Endocarpon cinereum. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* 7. *p.* 28.
Lichen tephroides. *Ach. Prodr. p.* 18. — *Engl. Bot. V.* 28. *T.* 2013.

Habitat ad terram & supra muscos destructos.

*β* E. polythecium: crusta subeffusa rugoso-rimosa obscure cinereo-fuscescente pruinosaque, ostiolis hemisphæricis pertusis demum submarginatis confertis tuberculata.

Verrucaria polythecia. *Lichenogr. Univ. p.* 288.
V. fuscella *α. & var. γ* obscura ibm. p. 289. (*excl. var. β.* catalepta & *δ* viridula) — *ibm. in Add. p.* 675. (*excl. var. β.* catalepta) (Endocarpon).
Lichen fuscellus. *Turn. in Act. Soc. Linn. Lond. V.* 7. *p.* 90. *Tab.* 8. *f.* 2.

Habitat in saxis, muris ipsaque terra.

5. Endocarpon Hedwigii: thallo subcartilagineo subrotundo-anguloso lobatoque subolivaceo subtus ad ambitum pallido dein nigricante fibrillosoque, ostiolis subprominulis fusco-atris.

Endocarpon Hedwigii. *Lichenogr. Univ. p.* 298. — *Meth. Lich. p.* 126. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 461.
E. pusillum. *Hedw. St. Cr.* 2. *p.* 56. *Tab.* 20. *f. A.*
E. hepaticum *α & var. β.* lacinulatum. *Lich. Univ. p.* 298, 299.
Lichen trapeziformis. *Zæga Fl. Isl. p.* 15. — *Dicks. Pl. Cr. Br.* 2. *p.* 22. — *Engl. Bot. V.* 9. *T.* 595.

Habitat in terra denudata ad rupes & latera montium.

*Color & figura thalli eximie variant tam in ipso* E. Hedwigii *quam in ejus varietatibus præcipuis & alias constantioribus, nam supra & subtus pallidus, dilutius & obscurius olivaceus, ferrugineus, vel per ætatem brunneus, fuscus & nigricans observatur, unde non mirum est, quod de synonymis & de Lichene ipso Hedwigii dubii fuimus & ex una plures olim conditæ sunt species.*

*β* E. lachneum: thalli lobis aggregatis subimbricatis, margine elevato repando-lobato undulato, subtus atro-lanuginoso.

E. lachneum. *Lich. Univ. p.* 299. — *Meth. Lich. p.* 127. — *Clemente Ensayo &c. Add. p* 299.

*γ* E. squamulosum: thalli lobis aggregatis subimbricatis lobato-crenatis, subtus pallidis fibrillosis lanuginosis.

E. squamulosum. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. p.* 126.

Habitat ad terram limosam.

*Thallo utrimque fere concolori e cinereo fusco-virescente a prioribus dignoscitur.*

6. Endocarpon pallidum: thallo coriaceo-membranaceo foliaceo pallido subvirescente crenato-lobato demum irregulariter laciniato, laciniis flexuosis subimbricatisque, exterioribus subtus nudis pallidioribus, ostiolis hemisphæricis pallidis puncto nigro.

Endocarpon pallidum. *Lichenogr. Univ. p.* 301.

E. muscorum *ibm. p.* 300.

Habitat supra muscos.

*Ad centrum subtus lanuginosum plerumque occurrit, lanugine concolori vel nigro, aliquando ibidem nudum atrum. An etiam hoc statum quemdam mutatum* E. Helwigii *offert?*

7. Endocarpon rufescens: thallo subcoriaceo foliaceo lobato rufescente, subtus nigricante, lobis rotundatis incisis undulato-flexuosis subimbricatis complicatisque; ostiolis atris papillæformibus demum marginatis.

Endocarpon rufescens. *Lichenogr. Univ. p.* 304.

Habitat ad terram in rupibus Calcariis Helvetiæ.

8. Endocarpon parasiticum: thallo crustaceo-coriaceo cupreo, subtus atro fibrilloso lobis subrotundis lobatis planis lævibus demum convexis rugulosis rimoso-diffractis, ostiolis depressis submarginatis tandem convexis. †

Lichen parasiticus. *Engl. Bot.* V. 26. *Tab.* 1866.

Habitat in thallo Parmeliæ omphalodis. Anglia.

*Habitus* Endocarpi. *Ostiola thalamiorum primo impressa planiuscula marginata dein prominentia convexa ut in* E. Thunbergii.

9. Endocarpon viride: thallo tenui membranaceo foliaceo subrotundo concaviusculo, margine integerrimo inflexo, læte virescente, subtus albido nudo.

Endocarpon viride. *Lichenogr. Univ. p.* 300.

E. læte-virens. *Turner.* (*secund. specim. miss.*)

Habitat in Anglia ad terram inter muscos.

*Species suspecta & paradoxa. Ostiola nulla visa.*

10. Endocarpon phylliscum: thallo cartilagineo-membranaceo foliaceo subpeltato sub-

rotundo inciso-lobato fusco-atro, margine tumido, ostiolis elevatis pertusis.

Endocarpon phyllisćum. *Lichenogr. Univ. p.* 300. — *Meth. Lich. in Suppl. p.* 25. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 463. *Tab.* 29. *f.* 2.

Habitat ad rupes Finmarkiæ Norvegicæ.

11. ENDOCARPON Thunbergii: thallo crasso crustaceo-cartilagineo foliaceo orbiculari repando peltato flavo-viridi, subtus nudo nigrofusco; ostiolis demum subglobosis atris.

Endocarpon Thunbergii. *Lichenogr. Univ. p.* 501. — *Meth. Lich. p.* 129. — *Thunb. Prodr. Fl. Cap. p.* 177.

Lichen viridis. *Linn. Suppl. Pl.*

Habitat in Africa ad Cap. b. sp. supra rupes.

12. ENDOCARPON Mühlenbergii: thallo crasso crustaceo-cartilagineo foliaceo orbiculari peltato obscure fusco-virescente tenuissime rugoso-plicato subrimosoque, subtus fusco-nigro tuberculato; ostiolis convexis.

Habitat in America Septentrionali.

*Statura, substantia & magnitudo* E. Thunbergii *l.* E. miniati.

13. ENDOCARPON glaucum: thallo cartilagineo foliaceo orbiculari peltato glauco subpulverulento, ambitu repando-subcrispo, subtus lævigato pallido, demum fusco-nigricante, ostiolis minutis nigris prominentibus.

Endocarpon glaucum. *Lichenogr. Univ. p.* 502.

Habitat in Asia ad Caucasum inque Amer. Septentr.

*Variat subtus fusco-miniatum & ex thalamiis inclusis obsolete tuberculosum.*

14. ENDOCARPON miniatum: thallo crasso crustaceo-cartilagineo foliaceo orbiculari peltato cinerascente, ambitu repando flexuoso-plicato, subtus lævi demum rugoso fulvescente; ostiolis minutis raris subprominentibus fuscescentibus.

Endocarpon miniatum α. Lichenogr. *Univ. p.* 502. — *Meth. Lich. p.* 127. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 462.

Lichen miniatus. *Linn. Sp. Pl. p.* 1617. — *Lightf. Fl. Sc. p.* 857. — *Engl. Bot. V.* 9. *Tab.* 593. — *Fl. Dan. T.* 532. *f.* 1. — *Jacq. Misc.* 2. *T.* 10. *f.* 3.

Habitat in saxis & rupibus.

*Variat thallo polyphyllo. Humidus colorem servat.*

b. cirsodes: thallo subtus cinereo-lutescente granulato-scabro; ostiolis elevatis pallide fuscis.

E. miniatum β. cirsodes. *Lich. Univ. p.* 303.

Habitat in Hispania ad saxa.

15. ENDOCARPON leptophyllum: thallo cartilagineo foliaceo orbiculari peltato nigro fusco subcinerascenteque, ambitu repando flexuoso, subtus lævi nudo rugoso-subplicato nigro; ostiolis nigris subprominulis.

Endocarpon leptophyllum. *Lichenogr. Univ. p.* 302. — *Meth. Lich. p.* 127. *Tab.* 3. *f.* 3.

Lichen leptophyllus. *Ach. Prodr. p.* 141. — *Engl. Bot. V.* 28. *T.* 2012. *f.* 1.

Habitat in saxis aqua sæpius irrigatis.

*Minutie & colore satis ab* E. miniato *dignoscitur.*

16. ENDOCARPON euplocum: thallo cartilagineo foliaceo subpeltato profunde lobato æneo-virescente, lobis rotundatis flexuosis incisis, subtus nudo pallide-flavo; ostiolis minutis subprominulis nigris.

Endocarpon euplocum. *Lichenogr. Univ. p.* 301. — *Meth. Lich. p.* 127. *Tab.* 3. *f.* 4.

E. miniatum β. pusillum. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 462.

Habitat ad saxa Sveciæ.

*Hunc cum* E. leptophyllo *omnino confusit Cl. Wahlenberg l. c. Iconem illius in Engl. Bot. ad hanc speciem referens.*

17. ENDOCARPON complicatum: thallo coriaceo-cartilagineo lobato cinereo, subtus fusco-nigricante, lobis erectiusculis rotundatis plicato-convolutis; ostiolis confertis convexis nigris.

Endocarpon complicatum. *Lichenogr. Univ. p.* 303. — *Meth. Lich. p.* 128.

Lichen complicatus. *Swartz. Nov. Act. Ups.* 4. — *Fl. Dan. T.* 532. *f.* 2.

Lichen amphibus. *Wither. Arr. p.* 69. — *Engl. Bot. T.* 593. *f.* 2.

Lichen polyphyllus. *Wulf. ap. Jacq. Coll.* 2. *T.* 16. *f. a—i.*

Habitat in rupibus & saxis prope aquas.

*Colorem servat dum humectatur. Thallo monophyllo aliquando occurrit. Ad* E. Weberi *quoad habitum thalli propius accedit quam ad* E. miniatum.

18. ENDOCARPON Weberi: thallo cartilagineo-

subcoriaceo foliaceo lobato cinereo-fusco olivaceo, subtus cervino-fusco nigroque utrimque lævigato, lobis laciniatis flexuosis plicato-crispis congestis difformibus; ostiolis convexiusculis nigris.

Endocarpon Weberi. *Lichenogr. Univ. p.* 304. — *Meth. Lich. p.* 128.
E. fluviatile. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 462.
Platisma aquaticum. *Hoffm. Pl. Lich.* 2. *p.* 64 *T.* 46. *f.* 1—5.
Lichen aquaticus. *Weis. Cr. p.* 77. — *Engl. Bot. V.* 9. *T.* 594.
Lichen fluviatilis. *Web. Spic Fl. G. p.* 265. — *Ehrh. Pl. Cr. Dec.* 4. *n.* 39.

Habitat ad saxa & lapides aqua suffusos, in rivulis.

*In humido color suave viridis, in sicco aliquando fusco-nigricans nec glaucescens, subtus etiam ater.*

19. ENDOCARPON turgidum: thallo crasso coriaceo foliaceo lobato fusco cæsio-pruinoso, subtus pulverulento subspongioso, lobis irregularibus obtusis subinflatis flexuosis complicatis; ostiolis minutis convexiusculis demum depressis concavis.

Endocarpon turgidum. *Lichenogr. Univ. p.* 305.

Habitat in Helvetia ad terram limosam.

*Humectatum obscure fuscum evadit.*

---

*Obs. N:o* 14, 15, 16 *&* 17 *ut species distinctas enumerare satius & convenientius duxi, quam omnes sub* E. miniato *ut varietates proponere, quum validiores adsunt rationes eas separandi, quam adferre possunt ii, qui conjungere malunt. Possent eodem modo N:o* 12 *&* 13 *cum* E. miniato *confluere, si pro libitu, ut in morem quorumdam recentiorum jam ventum est, omnia, quæ umquam possunt sic commiscere, liceretur.*

# ORDO TERTIUS.

## XII. TRYPETHELIUM.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 58. Tab. IV. Fig. 8. 9.
Act. Gorenk. V. 1.

Receptaculum Universale crustaceo-cartilagineum plano-expansum adnatum uniforme. Partiale verrucæforme e propria substantia colorata formatum. Thalamia in singulæ verrucæ substantia plura occultata, perithecio simplici crasso, (atro) ostiolo subpapillato ad superficiem verrucarum prominente, nucleum globosum celluliferum totum includente.

---

1. Trypethelium Sprengelii: crusta e pallido lutescente; apotheciorum verrucis hemisphæricis glabris subnitentibus fusco-ferrugineis, intus rufo-fulvis.
Trypethelium Sprengelii. *Lichenogr. Univ. p. 306.*
Tr. Eluteriæ. *Spreng. Anleit. &c. 3 Th. p. 350, 351. T. 10. f. 95.*
Habitat in America ad corticem Cascarillæ & Quassiæ.
*Variat crustæ colore per ætatem cinerascente.*

2. Trypethelium variolosum: crusta subrugosa cinereo-subvirescente; apotheciorum verrucis convexo-subconoideis concoloribus, intus cinereo-fuscescentibus, ostiolis thalamiorum in apice verrucarum subrumpente congestis.
Habitat in America ad corticem Cinchonæ flavæ.
*Verrucis apotheciorum crustæ cartilagine indutis, huic concoloribus, & apice lacerato thalamiorum ostiola ibidem congesta proferente a congeneribus facile & optime dignoscitur.*

3. Trypethelium papillosum: crusta cinerascenti-olivacea; apotheciorum verrucis con-

vexis irregularibus albido-cinerascentibus, e papillis concoloribus, ostiolo nigro terminatis, subtuberculatis, intus nigris.

Habitat in Guinea supra arborum corticem.

*Verrucis apotheciorum papillato-verruculosis a reliquis probe distinguitur hæc species; papillæ vero in junioribus verrucis parum prominent vix observabiles.*

4. Trypethelium mastoideum: crusta luteola; apotheciorum verrucis subglobosis glabris gibberosis atris simplicibus conglomeratisque, intus rufis.

Trypethelium mastoideum. Lichenogr. Univ. p. 307.
Bathelium mastoideum. Meth. Lich. p. III. Tab 8. f. 3.

Habitat in Africa ad Sierram Leonam supra corticem arborum.

*In quavis verruca vix ultra bina vel tria thalamia occurrunt, sed dantur non raro quæ unum tantummodo includunt.*

5. Trypethelium lageniferum: crusta pallide lateritia; apotheciorum verrucis convexis irregularibus concoloribus, intus albis, thalamiis pyramidato-lageniformibus.

Habitat in India Occid. ad corticem Crotonis Cascarillæ.

*Crustæ colore, verrucis intus albis, thalamiis paucis, horum forma & nucleo fere nigro a* Tr. varioloso *& reliquis bene distinctum. Verrucis a crustæ cartilagine tectis a reliquis* Trypetheliis *differunt* Tr. variolosum *&* Tr. lageniferum; *qua nota hoc in primis ad* Pyrenulas *accedit.*

6. Trypethelium anomalum: crusta lutescenti-brunnea; apotheciorum verrucis subprominentibus planis tuberculosis difformibus confluentibus nigro-fuscis, intus sordide cinereo-fuscescentibus.

Habitat in Indiis ad corticem arborum inque Guinea.

*Forma & natura verrucarum a reliquis speciebus hujus Generis valde distinctum. Crustæ ambitum observare frustulæ minores corticum a me visæ pertribuerunt, sed nigro-limitatam esse vel exinde concludimus, quod lineola nigra serpentina crustam in quodam specimine percussam deprehenderim.*

7. Trypethelium conglobatum: crusta sordide albicante; apotheciorum verrucis hemi-

sphæricis demum conglomerato-tuberculosis irregularibus atris opacis, intus nigro-fuliginosis.

Habitat in America ad corticem Quassiæ.

*Forma & colore verrucarum atque crustæ a præcedentibus speciebus satis diversum ac distinctum. Papillæ thalamiorum supra verrucas adultas conicæ, utplurimum persistentes, ostiolum marginatum post lapsum relinquunt.*

8 Trypethelium porosum: crusta albo-pallescente; apotheciorum verrucis subprominentibus latis difformibus confluentibus concoloribus, intus sordide albicantibus.

Habitat in India Occid. corticem Crotonis Cascarillæ incrustans.

*Ad* Chiodecton seriale *prope accedit, at ab hoc evidenter distinctum natura & forma thalamiorum, nec non figura verrucarum, harum ruptura & colore intus diverso. Habitus etiam consimilis* Porinæ compunctæ, *sed hæc minus verrucosa est, omnibus partibus minor atque apud eum perithecia inclusa tota pellucida nec atra crustacea ut in* Tr. poroso.

---

*Obs. Monographiam* Trypethelii *Generis cum descriptionibus & Figuris coloratis omnium detectarum specierum ad Societ. Phytogr. Gorenkensem misi, atque in hujus Societatis Actis Vol. 1:o typis jam exscriptam esse novimus; sed, libro ipso a me nondum viso, neque loca neque Figuras ex eo citare licuit.* Trypethelium favulosum *&* Tr. paradoxum *ibidem descripta & Iconibus illustrata ad alia Genera relata sunt. Cfr.* Glyphis *&* Chiodecton *mox infra.*

---

## XIII. GLYPHIS.

### Ach. Monogr. Mscr. c. Figg.

Receptaculum Universale crustaceo-cartilagineum plano-expansum adnatum uniforme. Partiale verrucæforme e propria substantia colorata formatum. Apothecia subcartilaginea oblongiuscula elongataque supra impressa vel canaliculata (atra) in singula verruca plura immersa, intus homogenea.

---

1. Glyphis labyrinthica: crusta fuscescenti-subolivacea; apotheciorum verrucis sordide albis plano-convexiusculis pulverulentis e disci apotheciorum elongatorum rimis nigris subanastomosantibus subreticulatis.

Habitat in Guinea ad arborum corticem.

*Sub* Trypethelii labyrinthiformis *nomine occurrit rarissima & singularis haecce species in Sylloge novorum Lichenum ad Cl. Schrader missa, inque Ejus Diario forsan jam nunc introducta.*

2. Glyphis tricosa: crusta ferrugineo-lutescente; apotheciorum verrucis planis difformibus cinereis ex apotheciis oblongis elongatisque linearibus flexuosis rimoso-canaliculatis confertissimis rugoso-gyrosis.

Graphis tricosa. *Lichenogr. Univ. in Add. p.* 674.

Habitat in India (Occid ?) ad corticem arborum.

*Fugitivis oculis inspecta similitudinem quemdam habet haec species cum* Trypethelio anomalo, *inque ejusdem arboris cortice obveniente, sed attentius observatâ facile ab hoc dignoscitur.*

3. Glyphis cicatricosa: crusta fuscescenti-cinerea, nigro-limitata; apotheciorum verrucis cinerascenti-nigris in ambitu subcrenatis cinereoque marginatis planis ex apotheciorum disco latiori subrotundo elongatoque concaviusculo cicatricosis.

Habitat ad corticem Codarii acutifolii Afz. (Dialii Guineensis Willd.) aliarumque arborum in Guinea.

Trypethelium cicatricosum *audit in supra memorata Sylloge. Quoad habitum cum insequente* Gl. favulosa *convenit, sed multo minores sunt verrucae quam in ea & crusta alia. Per aetatem crusta inaequabilis evadit & magis obscura.*

4. Glyphis favulosa: crusta alba, nigro-limitata; apotheciorum verrucis rotundato-difformibus planiusculis nigricantibus glauco subpruinosis margine integro cinereo, ex apotheciorum disco orbiculari excavato cicatricosis.

Habitat in India Occid. ad corticem Cascarillae.

Trypethelium favulosum *a me pridem nuncupatum, tam in Act. Societ. Gorenk. Vol. I., quam in Sylloge antea memorata. — In consortio cum* Trypethelio Sprengelii *plerumque crescit, cum quo tamen neutiquam confundi debet. — Crustae color per aetatem sordide cinerascens atque etiam fuscescens evadit.*

# XIV. CHIODECTON.

Ach. Monogr. Mscr. c. Figg.

Receptaculum universale crustaceo-cartilagineum plano-expansum adnatum uniforme. Partiale verrucæforme e propria substantia colorata (alba) formatum. Apothecia subpulveracea subglobosa (atra), plura singulis verrucis inclusa subconfluentia, ad earum superficiem punctis elevatis notabilia, intus homogenea.

---

1. Chiodecton sphærale; crusta effusa pallescente tenuissime tuberculosa; apotheciorum verrucis subglobosis albissimis; apotheciis intus ad centrum eorum in massam confluentibus.

Habitat in America ad Corticem Cinchonæ flavæ.

Trypethelium pulcherrimum *antea dixi in supra dicta Sylloge.*

2. Chiodecton seriale: crusta flavo-fuscescente lævigata, nigro-limitata; apotheciorum verrucis oblongo-difformibus convexiusculis; apotheciis intus per series subconcatenatis.

Habitat in America supra corticem Bonplandiæ trifoliatæ Villd.

Trypethelium paradoxum *appellavi in Act. Gorenk. Vol. 1. atque in Sylloge pridem commemorata. Descriptio hujus, quem in Act. Gorenk. dedi, postquam de genere ipso & partium natura ulterius illustrati sumus, alio loco post hæc corrigenda.*

# CLASSIS SECUNDA.

## ORDO PRIMUS.

### XV. PORINA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 60. Tab. VII. Fig. 1, 2.

Receptaculum universale crustaceo cartilagineum plano expanſum adnatum uniforme. Partiale verrucæforme a thallo formatum immarginatum. Thalamium (unum l. plura) intra substantiam verrucæ reconditum, perithecio simplici tenerrimo membranaceo diaphano, ostiolo colorato crassiori ad superficiem verrucæ instructo, nucleum subglobosum celluloso vesiculiferum includente.

1. Porina pertusa; crusta lævigata æquabili albido-cinerascente; apotheciorum verrucis subglobosis, ostiolis pluribus depressis nigris.
Porina pertusa. *Lichenogr. Univ. p.* 308.
Thelotrema pertusum. *Meth. Lich. p.* 131. — *Clemente Ensayo &c. Add. p.* 300.
Sphæria melanostoma. *Bernh. ap. Römer. in Arch. f. d. Bot.* 4. *p.* 10. *T.* 1. *f.* 1.
Endocarpon pertusum. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 459.
Lichen pertusus *Linn.* — *Engl. Bot. V.* 10. *T.* 677. — *Fl. Dan. T.* 766. — *Lightf. Fl. Scot. p.* 802. — *Hoffm. En. Lich. p.* 16. *T.* 3. *f.* 3.
Habitat in cortice ad truncos arborum.
β P. areolata: crusta crassa rimoso-areolata.
Thelotrema pertusum *var.* areolatum. *Clement. l. c.*
Habitat in saxis arenariis & calcariis.

2. Porina leucostoma: crusta determinata lævigata fuscescente; apotheciorum verrucis subglobosis, ostiolis pluribus depressis albis. †
Porina leucostoma. *Lichenogr. Univ. p.* 308.
Thelotrema leucostomum. *Meth. Lich. p.* 132.
Sphæria leucostoma. *Bernh. ap. Römer. in Arch. f. d. Bot.* 4. *p.* 11. *T.* 1. *f.* 1. *c.*

11. PORINA **granulata**: crusta membranacea albicante, tuberculis minutis albissimis adspersa; apotheciorum verrucis hemisphæricis inæqualibus pulverulentis supra impressis, ostiolo solitario papillæformi fuscescente.

Habitat in America merid. ad corticem Cinchonæ flavæ.

*Similitas multa cum* Glyphide sphærali *quoad crustam & verrucas, sed partium internarum structura & natura diversissima.*

12. PORINA **Nubula**: crusta membranacea tenuissime granulato-verrucosa cinereo-olivacea; apotheciorum verrucis semiglobosis lævibus glabris, ostiolo solitario fusco.

Habitat in Africa ad Guineam supra arborum corticem.

*Omnium, in primis si oculo armato inspicitur, pulcherrima hujus generis species est. Crusta verrucosa cum* P. granulata *convenit, sed ab ea tam partium colore quam forma valde distincta.*

13. PORINA **globularis**: crusta tenui granulata albo-cinerascente, granulis confertissimis albis subglobosis ramulosisque; apotheciorum verrucis rarius sparsis globosis glabris, ostiolo solitario impresso punctiformi nigro.

Habitat in Amer. Septentr. muscos incrustans.

*Species tam a* P. granulata *quam* P. glomerata *utique distincta, quod ex harum charactere etiam luculenter adparet.*

14. PORINA **aggregata**: crusta cartilaginea rimosa subrugosa glabra, lineolis nigris decussata, cinerascenti-pallida; ostiolis in crustæ areolis innatis subprominentibus minutis pluribus discretis confluentibusque nigris.

Habitat in Gallia ad corticem Carpini.

*Verrucæ propriæ sic dictæ quidem nullæ, sed propter affinitatem cum* P. fallaci *potius ad* Porinæ *Genus ob habitum thalli consimilem, quem ad* Endocarpa *hanc speciem retuli.*

15. PORINA **compuncta**: crusta membranacea contigua lævigata pallida, nigro limitata, hinc inde irregulariter elevata verrucoso-intumescente, ostiolis prominentiis innatis minutissimis crebris rufescentibus.

Habitat in America supra corticem Cinchonæ angustifoliæ & rubræ.

*Genus hujus speciei non facile eruitur, sed eamdem ob rationem ac* P. aggregatum *etiam hanc* Porinis *adnumerandam esse convenientissimum putavi. Crusta quibusdam in locis magis elevatur & quasi verrucas subtumentes efformat sed irregulares & sæpe confluentes. Tantum in his ostiola observantur nec in interstitiis depressioribus, unde analogia cum* Porinis *patet. Habitus thalli & situs apotheciorum impedit quominus ad* Endocarpa *referatur. Species minutula est, & ostiola vix nisi ope microscopii detegenda.*

16. Porina taxicola: crusta tenui rimosa subgranulata cinerea; apotheciorum verrucis sparsis convexiusculis lævibus; ostiolis pluribus minutissimis convexis nigris.

Habitat in Gallia ad corticem Taxi.

*Verrucis passim elevatis, & colore a* P. aggregata *diversa videtur, sed ostiola etiam extra verrucas in crustæ areolis occurrunt.*

17. Porina subcutanea: crusta membranacea subdeterminata cinereo-pallida; apotheciorum verrucis supra & sub crusta elevata convexo-prominentibus; ostiolo subsolitario punctiformi obscure-fusco.

Habitat in India Orientali ad corticem Eugeniæ Caryophyllatæ.

*Situ intercutaneo thalamiorum, verrucas supra & infra membranam thalli formantium, species singularis, non, nisi præsentia verrucarum, ab* Endocarpis *recedens.*

---

*Obs.* Porina chionea *Lichenogr. Univ. p.* 311. (Thelotrema chioneum *Meth. Lich. p.* 131. *T.* 8. *f.* 2.) *ob crustam tartaream in hoc Genere numquam occurrentem & defectum thalamiorum verorum* Porinæ *species vix est, sed thallum ignoti cujusdam Lichenis tantum offert. Hisce rationibus ductus eam nunc exclusi.*

---

## XVI. THELOTREMA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 62. Tab. V. f. 4. T. VI. f. 1. 2. — Monogr. in Nov. Act. Stockh. Vol. XXXIII. p. 81.

Receptaculum universale crustaceo-cartilagineum plano-expansum adnatum uniforme. Par-

tiale verrucæforme a thallo formatum aperto-pertusum marginatum Thalamium solitarium verrucæ inclusum, perithecio duplici: uno dimidiato supero crasso (atro) raro deficiente; altero tenuissimo membranaceo aliquando solitario vel supra rumpente, nucleum compressum in fundo verrucæ locatum celluloso substriatum totum vestiente.

---

1. Thelotrema henatomma: crusta rugoso-verruculosa albo-pallescente; apotheciorum verrucis gibberulosis supra depressis, aperturæ minutæ margine interiori proprio tenui, fundo concavo nudo nigro.

Thelotrema henatomma. *Ach. in Nov. Act. Stockh. V. 35. p. 87.*

Pyrenula henatomma. *Lichenogr. Univ. p. 316. — Ach. in Berl. Magaz. ined. cum Figuris.*

Lichen pertusus. *Thunb. Fl. Cap. Prodr. p. 176. (excl. synon. Linn.)*

Habitat in Africa ad C. b. sp. supra corticem arborum.

*Thalamii conformatio probat quod potius in hoc quam* Pyrenulæ *Genere adnumerari debeat.*

2. Thelotrema bahianum: crusta inæquabili lutescenti-pallida; apotheciorum verrucis hemisphæricis lævigatis subconfluentibus, aperturæ minutæ margine interiori proprio tenui, fundo nudo nigro.

Thelotrema bahianum. *Ach. in N. Act. Stockh. l. c. p. 87.*

Th. lepadinum β bahianum. *Lichenogr. Univ. p. 312.*

Habitat in Brasilia ad corticem Cinchonæ specierum.

*A* Th. lepadino *differt forma & apertura verrucarum atque absentia membranulæ perithecii. A* Th. henatomma, *magnitudine verrucarum duplo minori, verrucis nec tuberculosis nec supra impressis, omnino distinctum.*

3. Thelotrema terebratum: crusta lævigata albicante; apotheciorum verrucis glabris subprominulis, aperturæ minutæ margine acutiusculo, proprio subnullo, fundo nudo obscure fusco.

Habitat in America ad corticem Cinchonæ flavæ.

*A* Th. bahiano, *cui proximum, colore crustæ ac verrucarum albo, verrucis, ipsis multo minoribus convexiusculis vel parum elevatis nec hemisphæricis, differt. Similitudo multa cum* Pyrenula trypanea, *sed thalamii natura & conformatione valde diversum.*

4. THELOTREMA lepadinum: crusta lævigata albicante; apotheciorum verrucis lævibus subconoideis, aperturæ margine tenui simplici subinflexo-coarctato, fundo membrana rumpente tecto.

Thelotrema lepadinum. *α* *Lichenogr. Univ. p.* 312. (*excl. var.* β bahianum.) — *Meth. Lich. p.* 132 *c. var.* inclusa. — *Ach. in N. Act. Stock. l. c. p.* 89.
Lichen lepadinus. *Ach. Prodr. p.* 30. — *Schrad. Journ. f. d. Bot. St* 1. *p.* 69.
Lichen inclusus. *Engl. Bot. V.* 10. *Tab.* 678.
Habitat in cortice arborum Europæarum.

*β.* T. scutelliforme: crusta crassa subtartarea inæquabili subpulverulenta; apotheciorum verrucis parum elevatis, aperturæ dilatatæ margine tumido subrugoso.

Th. lepadinum *var.* scutelliforme. *Ach. locis cit.*
Habitat in saxis & ad arborum truncos vetustos.

5. THELOTREMA urceolare: crusta levissime subrugulosa lactea; apotheciorum verrucis hemisphæricis; aperturæ margine simplici tumido, fundo nudo perithecioque tenui cum nucleo concreto urceolatis subfuscis.

Thelotrema urceolare. *Ach. in N. Act. Stockh. l. c. p.* 90.
Habitat in America supra corticem Cinchonæ rubræ.

*Singularis species hæc est ob perithecium omnino cupulæforme obscure fuscum nec nigrum nec velatum cum nucleo in unum corpus, laminum concavam efformans, fere concretum.*

6. THELOTREMA fumosum: crusta rugulosa fumoso-cinerea nigro-limitata; apotheciorum verrucis convexo-conoideis, aperturæ punctiformis margine simplici tenui, fundo concaviusculo atro.

Thelotrema fumosum. *Ach. in Act. Stockh. l. c. p.* 91.
Habitat in Guinea ad corticem arborum.

*Colore a congeneribus mox dignoscitur parva hæc species, cujus unicum tantum specimen a me visum est.*

7. THELOTREMA cavatum: crusta rugoso-verrucosa cinereo-fusco-virescente; apotheciorum verrucis gibberulosis, aperturæ margine simplici tumido, fundo excavato nigro-glaucescente.
Thelotrema cavatum. *Ach. in Act. Stockh. l. c p.* 92.
Habitat in Africa prope Sierram Leonam supra corticem arborum.
*Habitus* Th. henatommatis *sed multa minus. Præterea ab hoc differt colore, apertura majori, & hac non proprio quodam & interiori margine instructa.*

8. THELOTREMA obturatum: crusta membranacea glabra subgranulata cinereo-ferruginea; apotheciorum verrucis supra plano-depressis, aperturæ minutæ, thalamio nigro prominente subocclusæ, margine simplici tumido obtuso.
Thelotrema obturatum. *Ach. in Act. Stockh. l. c. p.* 92.
Habitat in Guinea ad corticem Trichiliæ proceræ & aliarum arborum.
*A* Th. cavato, *cui affinis, differt crustæ colore magis obscuro, verrucis duplo minoribus & supra planiusculis, apertura minori frequenter a perithecio obturata, nec nisi in vetustissimis individuis margine quodam a verruca formato cincta. Habitus* Pyrenulæ discoloris, *sed minor & neutiquam* Pyrenulæ *species. Variat in aliis corticibus crusta subcinerascente vel e cinereo-pallescente & lineola nigra sublimitata, magis lævigata vel frequentius granulata.*

9. THELOTREMA exanthematicum: crusta subtartarea tenui contigua cinerascente; apotheciorum verrucis convexis semi-immersis albidioribus, aperturæ subocclusæ radiato-rimosæ demum hiantis fundo velato carneo-lutescente.
Thelotrema exanthematicum. *Lichenogr. Univ. p.* 313. — *Ach. in Act. Stockh. l. c. p.* 93.
Urceolaria exanthematica. *Meth. Lich. p.* 146.
Lichen exanthematicus. *Smith. in Act. Soc. Linn. Lond.* 1. *T.* 4. *f.* 1. — *Engl. Bot. V.* 17. *T.* 1184.
Lichen volvatus. *Villars Fl. Delph. T.* 55.
Habitat ad rupes præsertim calcarias in Europa.
*Habitu proprio a reliquis recedit hic Lichen singularis ad nullum aliud Genus commodius referendus.*

10. THELOTREMA discoideum: crusta submembranacea tenui limitata sordide albicante verrucisque apotheciorum convexis tenerrime rugulosis subpruinosis, aperturæ amplæ concavæ nudæ nigræ margine simplici tumido.
Thelotrema discoideum. *Ach. in Act. Stockh. l. c. p.* 94.

Habitat in Guinea ad corticem arboris Duffa ab incolis dictæ.

11. Thelotrema variolarioides: crusta subdeterminata glabra subrugulosa cinerascente; apothebiorum verrucis confertis irregularibus albidis, aperturaque ampla nigra, flocceso-pulverulentis, margine crasso subangulato lacero crenato.

Thelotrema Variolarioides. *Ach. in Act. Stockh. l. c. p.* 95.
Lecanora verrucosa α *Lichenogr. Univ. p.* 354.

Habitat in Europa ad corticem Carpini, Populi, Fraxini.

*Habitus* Variolariæ, *sed ob perithecium dimidiatum atrum locum justum & optimum inter* Thelotremata *sibi vindicat atque valde affine est speciebus duabus antecedentibus. Variat crusta magis cinerascente, per ætatem diffracto-rimosa, apotheciorum verrucis crustæ fere concoloribus rarius sparsis & aggregatis, disco floccoso vel nullo, nigro, & margine verrucarum crasso subintegro.*

β. Th. agelæum: crusta alba granulis sorediisque minutis adspersa vel subpulverulenta; apotheciorum verrucis adpressis raris crustæque subimmersis.

Th. Variolarioides β. agelæum. *Ach. in Act. Stockh. l. c. Add. p.* 149.
Lecanora verrucosa β. agelæa & γ. argena. *Lichenogr. Univ. p.* 355.
Lecidea argena. *Meth. Lich. p.* 74.
Urceolaria agelæa. *ibm. p.* 150.
Lichen argenus & L. agelæus. *Ach. Prodr. p.* 8. 30. — *Engl Bot. V.* 27. *T.* 1923.

Habitat supra corticem ad truncos vetustos Populi & Pini.

*Facie externa aliquantum a priori* (α) *recedit, sed neutiquam ut species propria considerandum. Variat verrucis minutis & amplioribus, quasi scutelliformibus.*

---

## XVII. PYRENULA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 64. Tab. V. F. 1—3. 5. — Mscr. pro Berl. Mag. c. Figg. ined.

Receptaculum universale crustaceum plano-expansum adnatum uniforme. Partiale ver-

ruccæforme a thallo formatum, includens vel ad basin cingens Thalamium solitarium, perithecio simplici crasso (atro) papillato, nucleum globosum celluliferum totum vestiente.

---

† *Apotheciorum verrucis ore pertuso apertis vel thalamium denudatum marginantibus.*

1. Pyrenula discolor: crusta cartilagineo-membranacea læviuscula glaucescente; apotheciorum verrucis gibbosis pallidis supra depressis, ore immarginato e papilla elevata suboccluso.
Habitat in America ad corticem Cinchonæ flavæ.
*Fere unica est hujus Generis species, cujus verrucæ externe aliter coloratæ sunt quam ipsa crusta. Propter habitum consimilem ad hanc sectionem retuli quamvis os verrucarum a papilla perithecii fere obturatus sit, nec alia pars ipsius perithecii denudata.*

2. Pyrenula umbrata: crusta cartilagineo-membranacea granulato-verruculosa obscure cinereo-fusco-virescente, umbra lata nigra limitata; apotheciorum verrucis subprominulis gibberulosis supra depressiusculis, ore aperto immarginato.
Habitat in America merid. supra corticem Bonplandiæ trifoliatæ Willd.
*Ob crustæ colorem & umbram latam nigram qua cingitur inter maxime spectabiles species æstimanda & facile dignoscenda.*

3. Pyrenula clandestina: crusta cartilagineo-membranacea læviuscula fuscescenti-cinerea; thalamio immerso abscondito, crustam, ore submarginato pertusam, demum elevante.
Habitat in America ad corticem Cinchonæ flavæ.
*Difficile nec nisi oculis armatis deteguntur apothecia juniora hujus speciei, tantum observabilia foraminulis in crusta obviis, sed ætate magis provecta parum elevatur crusta sub hisce ostiolis, quo facto verrucæ tumidulæ ibidem formantur præsentiam thalamii reconditi simul prodentes.*

4. Pyrenula trypanea: crusta cartilagineo-membranacea lævigata cinereo-glaucescente; apotheciorum verrucis glabris subprominentibus ore subaperto submarginato, perithecio tenui nucleique centro ſusco-nigricante.

Habitat in Guinea ad arborum corticem.

*Singulare est in hac specie quod nucleus sat magnus in statu sicco albidus aliquando in centro nigrescat, de cætero habitus Lichenis ut in P. clandestina quando verrucæ vix elevatæ sunt. Ad Thelotremata accedit, sed ab his differt perithecio papillato, orem verrucarum non raro obturante, atque nucleum totum cingente.*

5. Pyrenula ocellata: crusta cartilagineo-membranacea rugulosa pallide fusco-cinerascente; apotheciorum verrucis subelevatis, thalamio immerso, supra denudato planiusculo papillato, margine thallode verrucæ integerrimo cincto.

Pyrenula ocellata. *Lichenogr. Univ. p.* 518.
Verrucaria ocellata. *Meth. Lich. p.* 123.

Habitat in Guinea supra corticem arborum.

*Thalamium fere totum in cortice crustam subjacente immersum, nec nisi parte sua suprema, in statu perfecto papilla centrali cendecorata & margine thallode cincta, supra corticem prominet.*

6. Pyrenula hiascens: crusta tartarea contigua lævigata albissima; apotheciorum verrucis hiantibus, thalamium demum semidenudatum supra depressum margine amplo subrugoso cingentibus.

Pyrenula hiascens. *Lichenogr. Univ. p.* 314.

Habitat in Helvetiæ alpibus.

*Thalamium supra papillatum aliquando occurrit. Crustæ & apotheciorum habitu ac conformatione utique a P. verrucosa distincta.*

7. Pyrenula verrucosa: crusta tartarea subrugoso-verrucosa cinerascenti-alba; apotheciorum verrucis hiantibus, papillam prominulam margine crasso subintegro connivente cingentibus, thalamio toto demum denudato evanescentibus.

Pyrenula verrucosa. *Lichenogr. Univ. p.* 314.

Habitat in Helvetia ad rupes & montes.

*Ob marginem elevatum, quem formant apotheciorum verrucæ circa papillam vel partem thalamii supra denudatam, sub hac divisione præsentem speciem locavi,*

*atque ob habitum ipsius verrucæ, una cum antecedente & insequente spe ie.*

8. Pyrenula gibbosa: crusta tartarea verrucoso-areolata pallido-fuscescente, areolis convexis glabris subdiscretis; apotheciorum verrucis hiantibus, thalamium supra denudatum margine tumido integerrimo elevato cingentibus.

Pyrenula gibbosa. *Lichenogr. Univ. p.* 317.

Habitat in Lusatia supra saxa.

*Crustæ areolæ discretæ vel aggregatæ difformes, juniores planiusculæ, vetustæ plus minus convexæ & verrucas formantes, omnes glabræ, in subiculo nigro saxum vestiente locatæ.*

9. Pyrenula catalepta: crusta tartarea granulato-verrucosa areolata cinereo-fusca; apotheciorum verrucis externe gibberulosis, thalamii partem denudatam papillatam impressam margine exteriori crasso irregulari cingentibus.

Verrucaria fuscella, β. catalepta. *Lichenogr. Univ. p.* 290.

Endocarpon fuscellum β. cataleptum. *ibm. in Add. p.* 676.

Habitat in Germania ad saxa cetacea.

*Apothecia 2, 3, 4 aliquando concrescunt, adeo ut in quavis tali verruca thalamia plura inveniantur quemadmodum apud* Trypethelia. *Singulare etiam est in hac specie, quod intra thalamium substantia albo occurrat perithecium intus & nucleum externe vestiens, fere ut in* Verrucariis *perithecium interius.*

10. Pyrenula clopima: crusta tartarea rimoso-areolata verrucosa obscure castaneo-fusca; apotheciorum verrucis lævigatis, thalamii ostiolum prominens marginatum, papillula centrali instructum, margine crassissimo cingentibus.

Verrucaria clopima. *Lichenogr. Univ. p.* 287. — *Meth. Lich. in Suppl. p* 20. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 464

Habitat in Finmarkia Norvegica supra rupes alpium umbrosas aqua nivali irrigatas.

*Suprema & denudata thalamii pars per se quasi format apothecium planiusculum margine crasso cinctum cum papillula in disco quemadmodum in quibusdam* Gyrophoris. *Margo ab ipsa verruca formatus præterea cingit hunc apparatum. Substantia interna crustæ & verrucarum (excepto thalamii & nuclei) sordide albicans nec fuscescens ut in* P. fuliginea.

11. PYRENULA fuliginea: crusta tartarea dispersa verruculoso granulata apotheciorumque verrucis hemisphæricis, papillam globosam minutissimam prominentem margine crassissimo cingentibus aterrimis opacis subpulverulentis.
Verrucaria fuliginea. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 465.
V. lignyota. *Lich. Univ. p.* 287. — *Meth. Lich. in Suppl. p.* 20.
Habitat in Finmarckia Norvegica ad rupes aqua nivali semper suffusas.
*Thallus & verrucæ thalamiferæ elevato punctatæ, intus sordide cinereo-fuscæ. Thalamium minutum, dissectis verrucis, una cum nucleo vix apparent ob colorem partium obscurum nigrum. Nomine triviali pristino Cl. Wahlenbergii in Flora Lapponica jam ab Eo mutato, etiam ego hoc mutare cogor, ne confusio inde oriatur.*

12. PYRENULA umbonata: crusta tartarea determinata tenuissime rimosa cinereo-rufa; apotheciorum verrucis glabris rubescentibus supra depressiusculis thalamii ostiolum prominulum papillæforme demum pertusum submarginatibus.
Pyrenula umbonata. *Lichenogr. Univ. p.* 316.
Verrucaria thelostoma. *Harrim. — Bot. Guide V.* 2. *p.* 44.
Habitat in Scotiæ rupibus & saxis.
*Crustæ ambitus fere semper pallidior & magis cinerascens. Verrucæ juniores magis in medio depressæ & ostiolum margine crassissimo cingunt. In adultis vero ostiolum magis prominet & margo a verruca formatus minus evidens. Hinc media quasi est inter eas, quæ ad sectionem primam ac secundam relatæ sunt.*

13. PYRENULA aractina: crusta tartarea tenui subrimulosa subnitente apotheciorumque verrucis perithecium supra denudatum planum papillatum submarginantibus punctato-scabridis atris.
Verrucaria aractina. *Lichenogr. Univ. p.* 292. — *Meth. Lich. in Suppl. p.* 17. — *Wahlenb. Fl Lapp. p.* 466.
Habitat in Nord Cap ad littora Maris glacialis supra saxa & petras æstuante mari sæpe aqua irrigatas.
*Colore omnium partium, etiam nuclei ipsius, aterrimo, & superficie tam crustæ quam verrucarum elevato punctata perquam notabilis.*

†† *Apotheciorum verrucis clausis papillamque vel thalamium prominens arcte cingentibus nec marginantibus.*

14. Pyrenula areolata: crusta tartarea crassa profunde rimoso-areolata glaucescenti-atra, areolis planis verruculosis; apotheciorum verrucis demissis convexiusculis clausis, papilla hemisphaerica prominente.

Habitat in Helvetiae rupibus.

*Crustae s. areolarum verrucaeferarum superficies quasi rore tenuissimo albicante suffusa apparet unde nigredo parum in glaucescentem vergit. Sub nomine* Verruc. clopimae *specimina, quae a Schleichero olim missa habui, forsan ille venditavit, ad hunc speciem pertinentia & ab illa certe distinctam; nec* Pyrenula clopima, *quantum scimus, in Helvetia inventa est, quod contra assertum in Lichenogr. Univ. p. 287. observandum.*

15. Pyrenula microciba: crusta tartarea granulato verrucosa cinerea; apotheciorum verrucis subglobosis laevigatis aggregatis clausis, impressione pro papilla prominente notatis.

Pyrenula microciba. *Lichenogr. Univ. p.* 315.

Habita in Lusatia supra terram locis montosis.

16. Pyrenula mastoidea: crusta cartilagineo-membranacea inaequabili subrugulosa subinde subrimoso-diffracta pallido-fuscescenti-cinerea; apotheciorum verrucis hemisphaericis clausis, papilla convexa prominente.

Habitat in Guinea, in Ins. Manilla ad corticem Cissampelos Pareirae atque in India Occid. ad ramos Cinchonae angustifoliae.

*Simili modo ac in P.* Verrucarioide *apothecia hujus sunt conformata, sed multo majora. Etiam crustae natura & colore alio satis superque ab ea distincta. Verrucae in hac specie denique luculenter a papilla pertusae apparent, at arcte adeo a margine earum cincta ut fere cum ea concretae videantur, quemadmodum in quam plurimis aliis hujus subdivisionis speciebus.*

17. Pyrenula cinerosa: crusta tenui membranacea scabriuscula cinerea nigro-limitata; apotheciorum verrucis convexo-conoideis, thalamiis crusta velatis demum totis denudatis.

Habitat in Guinea supra corticem arboris Canup ab incolis dictae.

*Consimile specimen ex Helvetia misit Schleicher sed apotheciis paullo minoribus.*

*Quando thalamia per aetatem denudata evadunt pro*

*Verrucariæ speciē facile sumeretur, nisi obstarent: perithecium nucleum etiam subtus cingens & cortici immersum, absentia perithecii interioris, atque thalamia crusta vestita.*

18. Pyrenula Pupula: crusta cartilagineo-membranacea glabra, albo-subflavicante; apotheciorum verrucis subovalibus, sulco baseos circumscriptis, clausis, papillæ ostiolo subprominuente irideque fuscescente hoc cingente ocellatis.

Habitat in India Occid. ad corticem Cinchonæ specierum.

*Parva sed pulcherrima & distinctissima species. Lusu naturæ perquam singulari verrucæ apotheciorum supra visæ globulum oculi animalis minutum perfecte assimilant, pupilla, iride & conjunctiva discoloribus instructum, accedente etiam plurimarum verrucarum forma oblongiuscula, atque circulo sulciformi basin earum ambiente, spatium illud globi oculi palpebrarum apertarum margine limitati, in aspectum venientis, omnino referens. In verrucis junioribus neque pupilla papillæformis neque iris observatur, papilla vero demum absque iride primo erumpente.*

19. Pyrenula aspistea: crusta cartilagineo-membranacea lævigata pallido-lutea nigro-limitata; apotheciorum verrucis glabris clausis, thalamii supremam partem prominentem nudam subpapillatam nitidam arcte cingentibus.

Verrucaria aspistea. Lichenogr. Univ. p. 281. — Meth. Lich. p. 121.

Habitat in Guinea & India Occid. ad arborum corticem.

*Habitus P. nitidæ & convenientia summa cum ea, sed differt apotheciis 2 3 plo minoribus, colore & crusta nigro-limitata. Verrucæ apotheciorum juniores parum elevatæ, crustæ concolores absque signo papillæ nigræ, tandem apice nigrescunt & demum maxima pars nigra evadit, supra convexa nitida raro papilla instructa. Quando elabitur thalamium, usque ad crustam, marginem thallodem nullum relinquit, ut in P. Verrucarioide & P. subaperta, sed fundus concavus niger crustæ immersus perithecio solo superstite marginatur; qua nota uti etiam colore crustæ ac verrucis denuo fere totis nigris ab his satis superque differt.*

20. Pyrenula subaperta: crusta membranacea subrugulosa dilute fusco-cinerascente; apotheciorum verrucis subclausis, papilla subpromi-

nente terminali, superne demum elabentibus thalamii basin concavam denudatam marginantibus.

Pyrenula subaperta. *Lichenogr. Univ. in Add. p* 676.

Habitat in India (Occid.?) ad corticem arborum.

*In statu vetusto, nimirum verrucæ destructa s. suprema ejus parte elapsa,* P. ocellatam *quodammodo refert, sed ab ea alias distinctissima, tam crustæ natura quam præsentia verrucarum in initio clausarum.*

21. Pyrenula Verrucarioides: crusta cartilagineo-membranacea lævigata lactea nigro-limitata; apotheciorum verrucis glabris clausis, papillam prominentem thalamiumque demum denudatum ad basin arcte cingentibus.

Habitat in India Occid. ad corticem Cinchonæ angustifoliæ.

*Per ætatem mirum in modum protruditur thalamium adeo ut semi denudatum evadat & tantum ad basin verrucæ ima parte arcte cinctum fere ut in* P. nitida.

22. Pyrenula composita: crusta membranacea lævigata alba nigro-limitata; apotheciorum verrucis glabris clausis rimoso-rumpentibus, papilla prominente irregulari, thalamiis in singula verruca pluribus (2, 3, 4.) connatis.

Habitat in Gallia ad corticem arborum lævigatam.

*Specie minuta. Nuclei in sicco albi, humectati fusci & nigricantes.*

23. Pyrenula leucostoma: crusta cartilagineo-membranacea læviuscula albissima; thalamio semi-denudato ad basin a crusta subelevata arcte cincto, papillæ productæ marginatæ ostiolo albo pulveraceo.

Habitat in India Occid. supra corticem Crotonis Cascarillæ.

*Habitus & magnitudo* P. nitidæ. *A* P. Verrucarioide *magnitudine, thalamiis cortici subjacenti semiimmersis horumque ostioli natura perquam diversa.* Verrucariæ *speciem assimilat ideo, quod thalamiorum dimidia pars supra crustam promineat denudata & quod thallus ad horum basin in plerisque parum tantummodo elevetur, vixque ullam verrucam thallodem formet; sed in junioribus verrucæ thallodis certa vestigia occurrunt, quare potius* Pyrenulis, *ob habitum consimilem & perithecium completum, quam* Verrucariis *associanda species.*

24. Pyrenula Tetraceræ: crusta cartilagineo-membranacea læviuscula subrugulosa e cinereo luteo-fusca; apotheciorum verrucis glabris clausis thalamii supremam partem prominentem nudam nitidam subpapillatam arcte cingentibus.

Verrucaria Tetraceræ. *Lichenogr. Univ.* p. 280. — *Meth. Lich.* p. 121.

Habitat in Guinea ad corticem Tetraceræ potatoriæ Afz.

*Species minuta. Valde affinis est* P. verrucarioidi *&* P. subapertæ, *sed fere dimidia & suprema pars verrucarum nigra est & a thalamio ipso supra convexo nitido vixque papillato efficitur ut in* P. nitida.

25. Pyrenula nitida: crusta cartilagineo-membranacea lævigata e pallido fusco-cinerascente; apotheciorum verrucis glabris clausis, thalamii supremam partem prominentem nudam rugulosam demum ostiolo depresso perforatam arcte cingentibus.

Verruca ia nitida. *Lichenogr. Univ.* p. 279. — *Meth. Lich.* p. 121. — *Schrad. Journ. F. d. Bot.* 1801. p. 79.

Sphæria nitida. *Weig. Obs.* p. 45. *T.* 2. *f.* 14.

Habitat in Europa ad corticem truncorum Fagi, Carpini.

*Ob apothecia pro parte a thallo formata una cum aliis quibusdam a* Verrucariis *removenda species atque* Pyrenulis *rectius associanda. Equidem ac in* P. Tetraceræ *pars summa apotheciorum ab ipso thalamio, ibidem pro parte denudato, efficitur, dum inferior a thallo in modum verrucæ elevato componitur, neutiquam marginato, sed quasi in unum corpus cum thalamio concreto, & tantum colore alio hæ partes externe distingui possunt.*

26. Pyrenula æthiobola: crusta tartarea tenui contigua tenuissime elevato-punctata cinerascenti-umbrina; apotheciorum verrucis clausis, thalamii maximam partem prominentem ostiolo marginato nitido terminatam arcte cingentibus.

Verrucaria æthiobola α. *Lichenogr. Univ.* p. 292. — *Meth. Lich. in Add.* p. 17.

V. margacea β. æthiobola. *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 465.

Habitat in Svecia & Lapponia ad latera rupium aqua nivali sæpe madefacta.

*Variat crusta cinerascente, fuscescente, nigricanteque. — Var.* β. petrosa. *Lich. Univ. l. c. excludenda, utpo-*

*te e specimine solitaria descripta, incertæque speciei variatio, ad* P. **lithinam** *forte referenda.*

27. Pyrenula **leucocephala**: crusta leproso-submembranacea rimulosa fuscescenti-cinerea; apotheciorum verrucis clausis, thalamii maximam partem prominentem subglobosam albo-pulverulentam supra pertusam arcte cingentibus.

Verrucaria leucocephala. *Lichenogr. Univ. p.* 286. — *Meth. Lich. p.* 116.

Sphæria leucocephala. *Ehr. Cr. Dec. n.* 290. — *Pers. Synops. Fung. App. p. XXVII.*

Lichen colliculosus. *Hoffm. En. Lich. p.* 17. *T.* 1. *f.* 2.

Habitat in Europa supra corticem Quercus, Juglandis.

β. P. **amphibola**: crusta cartilagineo-membranacea rimoso-areolata inæquabili alba cæsiaque; ostiolo thalamiorum demum dilatato marginato.

Verrucaria leucocephala β. amphibola. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. l. c.*

28. Pyrenula **tessellata**: crusta tartarea inæquabili rimoso-areolata cinereo-lutescente; apotheciorum verrucis ad basin ampliatis depressis clausis, thalamii partem prominentem ostiolo submarginato terminatam superne arcte cingentibus.

Verrucaria tessellata. *Lichenogr. Univ. p.* 289. — *Meth. Lich. p.* 115.

V. fuscella δ. viridula. *ibm. p.* 290. & *in Add. p.* 675. V. viridula (*c. synom.*)

Habitat ad muros lateritios & saxa.

Verruc. **viridulam** *l. c. ad* Pyren. **tessellatam** *jure referri posse putavi; nam vix differt nisi colore parum in virescentem tendente, convenit autem apotheciorum crustæque forma ac indole.*

29. Pyrenula **nigrescens**: crusta tartarea subrimosa inæquabili fusco-atra; apotheciorum verrucis ad basin ampliatis depressis subrugosis clausis, thalamii maximam partem prominentem papillatam arcte cingentibus.

Verrucaria umbrina & *var.* . nigrescens. *Lichenogr. Univ. p.* 291. — *Meth. Lich. p.* 122. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 464.

V. nigrescens. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* 14. *p.* 36.

V. antiquitatis. *Flörke in Berl. Mag.* 1807. 1. *p.* 17.

Habitat in saxis.

*Occurrit crusta cinerascenti fusca, subumbrina & fere atra. Nomen triviale Persoonii sub quo primum ab Eo hæc species innotuit servandum esse putavi.*

30. PYRENULA margacea: crusta tartarea subcontigua cinerea; apotheciorum verrucis subconoideis glabris basi depressis clausis, papilla prominente subsphæroidea demum pertusa terminali.

Pyrenula margacea. *Lichenogr. Univ. p.* 515.
Thelotrema margaceum. *Meth. Lich. in Suppl. p.* 30.
Verrucaria margacea. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 465.
Verrucaria papillosa. *Lich. Univ. p.* 286.

Habitat in Lapponiæ & Helvetiæ petris & alpibus.

*In lapponico specimine crustam obscurius cineream aliquando nigricantem subrimosam, in helvetico albo cinerascentem fere contiguem observavi & papillas magis globosas, sed specie vix differunt. Verrucæ incipientes crusta omnino tectæ sunt, sed mox inde papilla in apice erumpit, quæ per ætatem magna subglobosa evadit.*

31. PYRENULA lithina: crusta tartarea tenuissime rimoso-subrugulosa subpulverulenta cinerea; apotheciorum verrucis subconoideis papillæ prominentis ostiolo impresso marginato terminatis.

Verrucaria lithina. *Lichenogr. Univ. p.* 287. — *Meth. Lich. in Suppl. p.* 18.

Habitat ad saxa spathacco-calcaria.

*Verrucæ apotheciorum minutæ & quidem minores quam in* P. leucocephala, *ac glabræ. Bene distincta species a* P. margacea *figura ipsa verrucarum atque ostioli terminalis margine amplo, licet tenui, subnitido ac integerrimo, centro ejus impresso aliquando albo-pruinoso.*

32. PYRENULA heteroclita: crusta membranacea olivaceo-cinerea; apotheciorum verrucis minutis convexiusculis nigricantibus clausis, ostiolo papillæformi perexiguo subgloboso terminali.

Habitat in Africa ad arborum Guineensium corticem.

*Thalamia profunde cortici immersa & vix nisi una tertia parte, verrucam thallo obductam efficiente, supra crustam prominent. Ob colorem verrucarum in nigrescentem vergentem ne decipiamur, hic enim a thalamio*

*propter teneritatem & pelluciditatem thalli, quo obducuntur, oritur. Hinc vera* Pyrenulæ *nec* Verrucariæ *species. Papilla globosa vix nisi oculis armatis perceptibilis tamen satis distincta. — Sub duabus formis dissimilibus in uno eodemque corticis frustulo accurrit, singulis locum proprium occupantibus & a se invicem distinctis.*

a. minuscula: apotheciorum verrucis hemisphæricis minutis confertissimis ad basin pallidioribus.

*Apothecia fere minora quam in* Verruc. stigmatella. *Crustæ color dilutior quam in sequente* (b.)

b. denigrata: apotheciorum verrucis majoribus sparsis convexiusculis totis nigricantibus.

*Apothecia duplo l. quadruplo majora quam in priori* (a.) *parum supra crustam elevata & ob colorem facile pro* Verrucariæ *specie habenda. Crustæ color saturatior s. magis in fuscum vergens quam in illa, cujus crusta præterea æquabilis in hac vero plicis & rugis variis, e cortice subjacente ortis, notata. Perithecium globosum valde crassum.*

33. Pyrenula Porinoides: crusta membranacea verruculis minutissimis subinde adspersa albida, nigro-limitata; apotheciorum verrucis convexiusculis clausis thalamia cortici immersa obtegentibus, ostiolo subprominulo impresso atro.

Habitat in America ad corticem Cinchonæ flavæ.

*Species parva, dignoscitur thalamio toto pelato & ostiolo impresso nec cum parte quadam thalamii denudata supra verrucam prominente ut in reliquis fere omnibus cognatis speciebus hujus Generis.*

34. Pyrenula thelephora: crusta tartarea rimoso-areolata pallescenti-albida; apotheciorum verrucis subgloboso-conoideis clausis, thalamii? suprema parte denudata convexa fusco-atra.

Habitat in Helvetia ad rupes.

*An thalamia vera adsint ob minutiem inquirere non potuimus. Crusta simillima* Lecideæ papillosæ *Lich. Univ. p.* 171. *sed in ea more* Isidii *subramulosa & apotheciis* Spilomatis sphæralis *adspersa.*

β. P. canescens: crusta cinerascente; apotheciorum verrucis subprominulis supra depressis thalamiique partem supremam recipientibus.

Habitat in saxis Helvetiæ.

*Δ* P. thelephora *vix species distincta, sed thalamia vera in hac visa sunt.*

---

*Obs. Monographiam Pyrenulæ Generis, adjectis descriptionibus & figuris coloratis fere omnium eo tempore cognitarum specierum, cum b. m. Willdenow communicavi, ut in Berl. Magaz. data occasione introduceretur. De fatis Manuscripti & Iconum, post anni spatium, & quod excurrit, nihil tamen comperui, quare figuras has citare nequivi.*

---

## XVIII. VARIOLARIA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 67. Tab. V. f. 1—9.

Receptaculum universale crustaceum plano-expansum adnatum uniforme. Partiale verrucæforme a thallo formatum (plerumque sorediforme) submarginatum (album). Nucleus nudus (absque perithecio) compressus cellulifterus intra verrucæ substantiam reconditus eaque supra velatus (tandem aliquando denudatus).

---

1. Variolaria velata: crusta determinata subcartilaginea glabra albissima subradiato-plicata; apotheciorum verrucis lævigatis compressis tumidis; nucleo sublentiformi, velamine tenui pulveraceo supra tecta.
Variolaria velata. *Lichenogr. Univ. p.* 319.
Parmelia velata. *Turn. in Act. Soc. Linn. Lond. V. 9 p.* 143. *T.* 12. *f.* 1.
Lichen velatus. *Engl. Bot. V.* 29. *T.* 2062.
Habitat in Anglia supra corticem ad truncos arborum.

2. Variolaria multipuncta: crusta subcartilaginea rimoso-areolata granulata cinerascente; apotheciorum verrucis convexis confertis granulatis; nucleo lentiformi incluso.

Variolaria multipuncta. *Lichenogr. Univ. p.* 321. — *Turn. in Act. Soc. Linn. Lond. V.* 9. *p.* 137. *T.* 10. *f.* 1.
Lichen multipunctus. *Engl. Bot. V.* 29. *T.* 2061.
Habitat in Anglia ad arborum corticem.

3. VARIOLARIA globulifera: crusta subcartilaginea cinerascente, granulis sorediisque irregulariter adspersa inæquabili; apotheciorum verrucis subglobosis glabris demum supra depressis sorediferis; nucleo concavo incluso.
Variolaria globulifera. *Lichenogr. Univ. p.* 322. — *Turn. in Act. Soc. Linn. Lond. V.* 9 *p.* 139. *T.* 10. *f.* 2.
Lichen globuliferus. *Engl. Bot. V.* 28. *T.* 2008.
Habitat in Anglia ad corticem arborum.

4. VARIOLARIA communis: crusta cartilaginea lævigata albicante demum inæquabili cinerea, sorediis albis immarginatis adspersa; apotheciorum verrucis sphæroideis pulverulentis; nucleo submembranaceo planiusculo pallido tandem denudato.
Variolaria communis. *Lichenogr. Univ. p.* 322.
Habitat in truncis arborum ad corticem, in ligno vetusto & saxis.
*Pro diversa ætate variat crusta plus minus alba & cinerascente, sorediis subglobosis, convexis & planis. Thallus fere insipidus.*

a. orbiculata: crusta tenui granulata subradiato-rimosa zonato-limitata albo-cinerascente, sorediis centralibus sparsisque planiusculis submarginatis concoloribus.
Variolaria orbiculata. *Meth. Lich. p.* 13.
V. communis α orbiculata. *Lich. Univ. p.* 323. *ubi synon. reliqua.*
Lichen pallescens? *Wulf. ap. Jacq. Coll.* 3 *T.* 5. *f.* 3. *d.*
Verrucaria orbiculata. *Hoffm. Fl. G. p.* 170. — *Ej. Enl. Lich. T.* 7. *f.* 2.
Habitat in lignis & ad truncos arborum etiam cortice denudatos.

b. faginea: crusta subeffusa glabra rugosa rimosaque albicante, sorediis hemisphæricis sparsis immarginatis solidiusculis pulverulentis albissimis.
Variolaria faginea. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* 7. — *Meth. Lich. p.* 12. — *Clemente Ensayo &c. Add. p.* 295.
V. communis β. faginea. *Lich. Univ. l. c.*
Lichen fagineus. *Linn.*

Verrucaria tuberculosa. *Hoffm. Fl. G. p.* 170. — *Ej. En.* Lich. *T.* 2. *f.* 4.

Habitat in cortice Fagi inprimis, etiam ad saxa.

c. alnea: crusta inæquabili effusa cinerea, sorediis confertissimis convexis pulverulentis albissimis obtecta.

V. communis γ. alnea. *Lich. Univ. l. c.*

d. pinea: crusta effusa glabra læviuscula subrimosa albo-cinerascente, sorediis sparsis convexiusculis pulverulentis, demum planis marginatis albissimis.

V. communis δ pinea. *Lich. Univ. p.* 324.

e. leucaspis: crusta effusa granulata inæquabili nigricante, sorediis planiusculis confertissimis confluentibus pulverulentis demum planis subimmarginatis albissimis.

V. communis ε leucaspis. *Lich. Univ. l. c.*

Habitat in saxis & rupibus.

f. abietina: crusta effusa glabra rugoso-squamulosa albo-pallescente, sorediis planis dilatatis difformibus pulverulentis albis.

V. communis ζ abietina. *Lich. Univ. l. c. cum synon.*

g. aspergilla: crusta tartareo-cartilaginea determinata glaucescente, ambitu lævigato radiato-rimoso; sorediis sparsis superficialibus planis subimmarginatis obsoletisque albidioribus.

Variolaria aspergilla. *Meth. Lich. p.* 13. — *var.* α. *Lich. Univ. p.* 325.

Habitat in rupibus & saxis.

5. VARIOLARIA amara: crusta rugoso-rimosa inæquabili subpulverulenta alba subcinerascente; apotheciorum verrucis adpressis plano-concavis marginatis sorediferis concoloribus.

Variolaria amara. *Lichenogr. Univ. p.* 324.

Lichen fagineus. *Engl. Bot. V.* 24. *T.* 1713.

Habitat in cortice ad truncos arborum.

*Sapor totius Lichenis amarissimus fere ut in Cinchona, quanota a* V. communi *in primis dignoscitur. Verrucas nucleo instructas nondum vidi.*

a. fraxinea: crusta pulverulenta albissima; sorediis sparsis planiusculis submarginatis concoloribus.

V. amara α. fraxinea. *Lich. Univ. p.* 325.

b. ulmea: crusta pulverulenta albo-incana; sorediis parvis adpressis planis subimmarginatis griseo-pallidis.

*V. amara β. ulmea. Lich. Univ. l. c.*

c. discoidea: crusta pulverulenta albida, demum cinerascente nuda; sorediis confertis demum dilatatis flexuosis plano-concaviusculis, margine elevato tumido.

*Variolaria discoidea. Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St. 7. — Meth. Lich. p. 14.*

*V. amara γ. discoidea. Lich. Univ. l. c. cum synon. reliquis.*

*Verrucaria discoidea. Hoffm. Fl. G. p. 170. — Ej. En. Lich. T. 7. f. 5.*

Habitat ad corticem arborum.

6. Variolaria conglobata: crusta tartarea crassa lactea plicato-conglomerata superficie cartilaginea glabra; apotheciorum verrucis concoloribus adpressis, disco pulverulento, margine elevato tumido; nucleo crasso supra planiusculo incluso flavicante.

Habitat in Gallia.

*Colore & habitu partium alio a reliquis notis speciebus certo distincta apparet.*

7. Variolaria lactea: crusta tartarea determinata rimoso-areolata laevigata lactea, ambitu subradiato crenato-sublobato; apotheciorum verrucis confertis marginatis, supra albissimis pulverulentis,

*Variolaria lactea. Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St. 7. — Meth. Lich. p. 14. & Suppl. p. 6. T. 1. f. 6. — Lichenogr. Univ. p. 321. — Wahlenb. Fl. Lapp. p. 401.*

*Lichen lacteus. Linn. Mant. p. 132. — Dicks.*

Habitat in rupibus & saxis.

*Nucleus intra verrucas nondum in hac specie observatus.*

b. coniza: crusta subrimosa laeviuscula albo-cinerascente; sorediis adpressis submarginatis dilatatis rotundato-difformibus subconfluentibus albidioribus.

*Variolaria aspergilla β coniza. Lichenogr. Univ. p. 326. — Meth. Lich. in Suppl. p. 5.*

*Vix nisi statum vetustum prioris offert.*

β. V. thelena: crusta effusa subleprosa pulverulenta areolato-verrucosa papillataque albissima, papillis conoideis apice sorediferis concoloribus.

Variolaria thelena. *Lichenogr. Univ.* p. 320. — *Meth. Lich. in Suppl.* p. 7.

V. lactea .. thelena. *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 402.

Habitat ad rupes in Finmarekia Norvegica.

8. VARIOLARIA corallina: crusta tartarea rimosa alba passim papillato-ramulosa; apotheciorum verrucis hemisphæricis, supra depressiusculis; nucleo lentiformi, velamine tenui pulveraceo supra tecto.

Variolaria corallina α. *Lichenogr. Univ.* p. 319.

Lichen dealbatus. *Ach. Prodr.* (*Sub* Isidio corallino *in Meth. Lich.* p. 138. *T.* 5. *f.* 7. *D. E.*)

Habitat in Helvetia & Svecia ad saxa & rupes.

*Occurrunt etiam verrucæ steriles crusta albidiores & convexæ in quibus nucleus nullus detectus est.*

b. oreina: crusta determinata rimosa alba, ambitu lævigato, demum crassa glebulosa granulato-pulverulenta ramulosaque, verrucis sorediformibus conglomeratis irregularibus.

V. corallina β. oreina. *Lich. Univ. l. c.*

V. oreina. *Meth. Lich. in Suppl.* p. 6.

9. VARIOLARIA tiflea: crusta subtartarea inæquabili alba; apotheciorum verrucis minutis hemisphæricis pulverulentis albissimis, nucleo lentiformi incluso tandem denudato margineque thallode cincto, demum elabente.

Variolaria tiflea. *Lichenogr. Univ.* p. 321.

Habitat ad terram prope Tiflis in Georgia. *

*Species minutula. Nucleus plano-convexus demum subglobosus.*

10. VARIOLARIA gaditana: crusta tartarea suborbiculari contigua rugosa subpulverulenta cinerea, ambitu lobulis imbricatis subcrenulato; apotheciorum verrucis hemisphærico-subcylindricis centralibus confertis concoloribus. †

Variolaria gaditana. *Clemente Ensayo &c. Add.* p. 295.

Habitat in Hispania ad Gades supra muros.

*Verrucæ hemisphæricæ & subcylindricæ per ætatem concavæ.*

## XIX SAGEDIA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 71. Tab. VI. f. 3—7.

Receptaculum universale crustaceum plano-expansum adnatum uniforme. Partiale verrucæforme a thallo formatum, tectum membrana colorata cartilaginea (perithecium dimidiatum superum mentiente), depressione disciformi notata, Nucleo nudo (absque perithecio proprio), intra verrucæ substantiam recondito, compresso, subtus convexo, intus similari, superimposita.

---

1. Sagedia depressa: crusta areolato-rimosa albo-cinerascente; apotheciorum verrucis supra fusco-atris in ambitu plano-depressis, impressione discoidea irregulari subimmarginata.

Sagedia depressa. *Lichenogr. Univ. p.* 327.

Habitat in Helvetia ad saxa duriora.

*Apotheciorum verrucæ parum elevatæ subrotundæ irregulares & poligonæ, in ambitu valde depressæ & tantum in medio supra crustam parum prominentes.*

2. Sagedia lævata: crusta lævigata rugosiuscula subrimosa sordide glaucescenti-lurida; apotheciorum verrucis supra nigro-fuscis, impressione discoidea concava, margine elevato tumido subrugoso.

Sagedia lævata. *Lichenogr. Univ. p.* 327.

Habitat in Svecia & Helvetia supra rupes & saxa.

*Crusta subinde determinata lineolaque nigra serpentina limitata, humectata pallide virescit.*

3. Sagedia protuberans: crusta tenuissime rimoso-areolata luteo-cinerascente; apotheciorum verrucis elevatis nigris, impressione discoidea concava, margine tumente subintegerrimo.

Sagedia protuberans. *Lichenogr. Univ. p.* 328.

Habitat in saxis Helvetiæ.

*Occurrit senio confecta & depravata crusta subnulla verrucisque concavis scutelliformibus in impressione disciformi albidis. In hoc statu* Sagedia β. lecidina. *Lich. Univ. l. c. audit.*

4. Sagedia candidissima: crusta determinata contigua inæquabili albissima subpulverulenta; apotheciorum verrucis elevatis supra nigris, impressione discoidea concava obtuse marginata.

Sagedia candidissima. *Lichenogr. Univ. p.* 328.

Habitat in Helvetia ad saxa.

*Basis verrucarum alba crassa circumcirca intumescens quasi marginem thallodem efformat. Crustæ ambitus radiato-subplicatus.*

5. Sagedia rufescens: crusta rimoso-areolata rufescente; apotheciorum verrucis depressis tandem margine prominentibus fusco-nigris, impressione discoidea planiuscula thallo immersa.

Sagedia rufescens. *Lichenogr. Univ. p.* 329.

Habitat in Anglia ad saxa arenaria.

Urceolariæ *speciem primo intuitu assimilat.*

6. Sagedia zonata: crusta tenuissime rimuloso-areolata cinereo-glauca lineis albidioribus repandis pluribus in ambitu limitato-zonata; apotheciorum verrucis nigris, impressione discoidea concava in thallo depressa, margine clavato subintegro.

Sagedia zonata. *Lichenogr. Univ. p.* 329.

Habitat in Dalekarlia ad saxa & alpes.

*Habitus* Urceolariæ *ob impressionem discoideam thallo immersam. Nucleus in hac specie subglobosus, supra parum impressus.*

7. Sagedia Verrucarioides: crusta lævigata subrimosa sordide cinereo-glaucescente; apotheciorum verrucis hemisphæricis supra nigris convexis immarginatis.

Sagedia verrucarioides. *Lichenogr. Univ. p.* 330.

Habitat in Helvetia super saxa.

*Impressione nulla discoidea hæc statim dignoscitur pro* Pyrenulæ *species facile sumenda. Nucleus globosus.*

## XX. POLISTROMA.

Clementei Ensayo sobre Vid. comm. in Add. p. 299

Receptaculum universale crustaceo-cartilagineum plano-expansum adnatum uniforme. Partiale verrucæforme e pluribus stratis proligeris superimpositis, aliis, e substantia thalli formatis interjectis, alternantibus, compositum.

---

1. Polistroma Fernandezii. †

Polistroma Fernandez. *Clemente Ensayo &c. l. c.*

Habitat in Hispania.

Thallus *effusus subcartilagineo-membranaceus tenuis subcontiguus æquabilis lævis cinereo fuscus, intus albus.* Apothecia *strato cartilagineo pulverulento albo l. cinereo superinduta*: juniora *simplicia, nempe thalli productio scutelliformis concava raro convexiuscula aut hemisphærica, stratum proligerum unicum margine inflexum sustinens*; adulta *verruciformia plana seriem scutellarum superimpositarum & veluti pyxidatarum simulque non raro aggregatarum mentientia, e pluribus scilicet* (1 - 6) *stratis proligeris fabricata, altero (vel etiam 2—3) supra alterum aggregato.* Stratum proligerum *pallide luteo carneum, ambitu solidius, inflexum, pellicula subcartilaginea thallo simili tectum.* Clem. l. c.

*Nisi productio menstrosa, Lichenem sui proprii Generis exhibet.*

# ORDO SECUNDUS.

## XXI URCEOLARIA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 74. Tab. VI. F. 8. 9. 11.

Receptaculum universale crustaceum plano-expansum adnatum uniforme. Partiale scutelliforme. Lamina proligera concava colorata crustæ immersa, intus striato-cellulifera, margine, a crusta formato & eidem concolori, sessili elevato, cincta.

---

1. Urceolaria Acharii: crusta subdeterminata lævigata tenuissime rimosa pallidó-testacea; lamina proligera rubra, margine thallode tumido.

Urceolaria Acharii. *Lichenogr. Univ. p.* 551. — *Meth. Lich. p.* 150.
Lichen Acharii. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 405. — *Engl. Bot. V.* 16. *Tab.* 1087. — *Ach. Prodr. Fig. in Titulo.*

Habitat ad saxa aqua hyemali inundata, ut in rivulis.

*Apotheciorum discus per ætatem planiusculus elevatur. Crustæ color variat magis ruber vel flavicans & ferrugineo-ochraceus.*

β. U. cyrtaspis: crusta determinata lævigata tenuissime rimoso-areolata rufescente demum albicante; apotheciis demum elevatis, disco convexiusculo rufo-fusco, marginem thallodem æquante.

Lecanora cyrtaspis. *Lichenogr. Univ. p.* 597.
Urceolaria Acharii β. cyrtaspis. *Meth. Lich. p.* 151.
Lichen Acharii β. cyrtaspis. *Wahlenb. Fl. Lapp. l. c.*
Lichen punctatus. *Engl. Bot. V.* 7. *T.* 450.

Habitat in Saxis.

2. Urceolaria diamarta: crusta subdeterminata rimoso-areolata subverrucosa rubro-ochracea; lamina proligera concaviuscula atra, margine thallode elevato demum flexuoso.

Urceolaria diamarta. *Lichenogr. Univ. p.* 331. — *Meth. Lich. p.* 151.
Lichen diamartus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 414.
Habitat ad rupes prope littora Sinus botnici Nordlandiæ.
*Ab.* Endoc. sinopico *diversissima species, cum quo tamen in Engl. Bot. confusa videtur.*

3. Urceolaria Schleicheri: crusta læviuscula areolato-sublobata flava; lamina proligera demum plana atra, margine thallode elevato tenui subcrenulato.
Urceolaria Schleicheri. *Lichenogr. Univ. p.* 332.
Habitat in Helvetia ad saxa & supra terram Vallisiæ.
*Cfr. obs. ad* Lecanoram chrysomelænam, *infra.*

4. Urceolaria mazarina: crusta crassa molli subcontigua verrucoso-glebulosa pallescente; lamina proligera minuta urceolata nigra, margine thallode demum subprominente tenui integerrimo.
Lichen mazarinus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 412.
Habitat ad lapides sub aqua in rivulis Finmarckiæ Lapponum.
*Forma & natura crustæ ab* Urceol. pelobotrya *omnino differt, uti etiam simplicitate apotheciorum a reliquis cognatis hujus Generis.*

5. Urceolaria protuberans: crusta verrucoso-nodulosa pallescente, ambitu striato-radioso; lamina proligera urceolata in nodulis immersa nigra, margine thallode tenui. †
Lichen protuberans. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 412.
Habitat in saxis & rupibus siccis absconditis prope mare septentrionale Finmarckiæ.
*Crusta ipsa demum subferruginea nodulis s. tuberculis cinerascentibus obsita.*

6. Urceolaria pelobotrya: crusta subspongiosa contigua sublobata demum subverrucosa rugosa subgrisea; lamina proligera planiuscula atra, margine thallode tenui rugoso crenulato demum tumente subintegro.
Urceolaria pelobotryon. *Wahlenb. ap. Ach. in Meth. Lich. Suppl. p.* 31.
Lichen pelobotryus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 413.
Habitat in alpibus schistosis Finmarckiæ Norvegicæ.

β. U. ocellata: crusta rimoso-areolata virescenti-cinerea, areolis planis subrugulosis; lamina proligera constanter plana subimmersa atra scabra submarginata, marginem thallodem subprominentem pulverulentem plumbeum subæquante.

Urceolaria ocellata *α*. *Lichenogr. Univ. p.* 332. (*exclusis var. β* ocellulata *&* *synon. Hoffm.*) — *Meth. Lich. p.* 151.

Habitat in rupibus saxis & tactorum tegulis.

*Vix propria Species. Ob habitum partium consimilem potius* U. pelobotryæ *varietas videtur, diversa licet crustæ colore & areolis, nec non margine apotheciorum. Ab* Urceol. cinerea *valde diversa apotheciorum habitu & forma, fere ut in* Urc. Schleicheri.

7. Urceolaria gibbosa: crusta papillato-verrucosa lævigata albido-subcinerascente; lamina proligera verrucarum apici immersa concaviuscula atra, margine thallode subcoarcto protuberante crenulato.

Urceolaria gibbosa *α & var. γ.* fimbriata. *Lich. Univ. p.* 334, 335. — *Meth. Lich. p.* 144. (*excl. synon. Villars.*)

Habitat in saxis & montibus.

*Verrucis subconoideis glabris, margine apotheciorum subcoarctato acutiusculo, demum tamen crassiori, rugoso-crenulato, proprioque habitu dignoscitur. Occurrit subiculo nigro radiato fimbriato verrucis cinereis obtecto, quæ:*

Urceolaria fimbriata. *Meth. Lich. p.* 145. *&c.*

Lichen fibrosus. *Engl. Bot. V.* 25. *T.* 1732.

b. amphibola: crusta areolato-verrucosa albo-cinerascente plumbea; apotheciis demum elevatis scutelliformibus, disco plano nigro, margine tumidulo subintegro tandem flexuoso.

Urceolaria gibbosa *β.* amphibola. *Lich. Univ. p.* 334.

8. Urceolaria panyrga: crusta verrucosa conglomerata albissima; lamina proligera verrucis immersa concaviuscula livescenti-pruinosa, margine thallode turgido integro.

Urceolaria panyrga. *Lichenogr. Univ. p.* 335. — *Meth. Lich. p.* 146. *T.* 4. *f.* 2.

Lichen panyrgus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 408.

Habitat in radicibus herbarum denudatis prope terram.

9. Urceolaria verrucosa: crusta tenui verrucosa albissima; lamina proligera verrucis immersa concava fusco-nigra. margine tumido integerrimo prominente e lamina & verruca formato bicolori.

Urceolaria verrucosa α & var. . phymatoidea (*status junior*) *Lichenogr. Univ. p* 339. 340.

Habitat in Helvetia ad muscos, quos incrustat, supra montem Panneroſsaz, inque lingno vetusto Galliæ.

*Habitus* Thelotrematis *vel* Sagediæ, *sed præter laminam coloratam discoideam pullus nucleus.*

10. Urceolaria mutabilis: crusta cartilagineo-membranacea lævigata contigua demum glebuloso-coacervata passim diffracta verrucosa cinereo-glauca; lamina proligera verrucis immersa atra plana tandem concava margineque thallode elevato integro cincta.

Urceolaria mutabilis. *Lichenogr. Univ. p.* 335.

Habitat in Helvetia ad ligna vetusta.

*Inter* Urc. verrucosam *&* U. cineream *quasi media, sed ab utraque, ut apparet, omnino distincta.*

11. Urceolaria cinerea: crusta rimosa areolato-verrucosa cinerea, nigro-limitata; lamina proligera verrucis immersa concaviuscula atra, demum elevata, margine thallode prominente crassiusculo integro.

Urceolaria cinerea α. *Lichenogr. Univ. p.* 336. (*excl. var.* δ. tessulata) — *Meth. Lich. p.* 143.

U. ocellata. *Flörke in Berl. Mag.* 1810. *p.* 317.

Verrucaria ocellata. *Hoffm. Fl. G. p.* 183. — *Pl. Lich. T.* 20. *f.* 2.

Lichen cinereus. *Linn. Mant. p.* 132. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 412. — *Westr. Sv. Lafv. Färg-Hist. T.* 18. *a.*

Habitat ad saxa & montes.

*Variat colore crustæ albicante fumosaque, areolis planis & convexis, apotheciis raris & frequentissimis per ætatem etiam elevatis, aliquando vix marginatis? Quare nomen Linnæi antiquissimum mutarunt quidam non invenio.*

b. notata: crusta rimosa areolato-subverrucosa inæquabili cinerea, areolis punctis elevatis nigris; apotheciis demum elevatis, disco plano tandem convexiusculo.

U. cinerea ε. notata. *Lich. Univ. p.* 357.

Lecanora multipuncta α. rimulosa, β cinerosa & γ. argyphea. *Lich. Univ. p.* 348, 349. (*excl. var.*, α. rimulosa et *synon. Hoffm.*)

Parmelia multipuncta. *Meth.* Lich. *p.* 168. (*excl. synon.*)

Urc. cinereæ *monstrositas potius quam varietas, crusta nigro-punctata & apotheciis in modum* Lecanoræ *speciei demum formatis.*

β. U. tigrina: crusta rimoso-areolata subæquabili l. verrucosa albida; apotheciis demum difformibus solitariis subconfluentibus cæsioque subpruinosis.

U. cinerea β. tigrina. *Lich. Univ. p.* 356. (*excl. synon. Hoffm.*) — *Meth. Lich. p.* 144.

U. ocellata β. cæsio alba. *Flörke in Berl. Mag.* 1811. *p.* 115.

γ. U. polygonia: crusta rimoso-areolata cinerea, areolis multangulis; apotheciis in singula areola pluribus concaviusculis minutis.

Urc. cinerea γ. polygonia. *Lich. Univ. p.* 357. — *Meth. Lich. p.* 114.

U. ocellata γ. polygonia. *Flörke. l. c.*

*Rimæ tenues areolas distinguentes utplurimum nigræ.*

δ. U. graphica: crusta rimoso-areolata pallide flavo-virescente, lineolis nigris limitata decussataque, areolis planis.

Lecanora graphica. *Lich. Univ. p.* 348.

Lichen cinereus β. virens? *Wahlenb. Fl.* Lapp. *l. c.*

Habitat ad alpes Helvetiæ, Lapponiæ?

*Totus habitus* Urc. cinereæ *& apothecia eodem modo comparata, quare non potui non, neutiquam obstante crustæ colore, inter ejus varietates numerare.*

11. Urceolaria cinereo-rufescens: crusta tenui nigricante, areolis verrucæformibus cinereis subobtecto; lamina proligera verrucis immersa concaviuscula obscure rufa, margine thallode integro.

Urceolaria cinereo-rufescens. Lichenogr. *Univ. in Add. p.* 677.

Lichen cinereo-rufus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 407.

Habitat ad saxa quartzosa in alpibus Lapponiæ.

*Ambitus aliquando dendriticus ut in* Urc. cinerea, *cui perfecte similis. Lamina humectata intumescit & magis rufescit, in statu sicco rufo-atra. Prope accedit ad* Lecanoram alpestrem.

13. Urceolaria scruposa: crusta rugoso-plicata granulata albo-cinerascente; lamina proligera urceolata nigra, margine thallode intumescente inflexo subrugoso discoideum obtegente.

Urceolaria scruposa α. *Lichenogr. Univ. p.* 338. — *Meth. Lich. p.* 147. — *Clemente Ensayo &c. Add. p.* 300.

Patellaria scruposa. *Hoffm. Pl. Lich. T.* 11. *f.* 2. — *Fl. G. p.* 186. (Verrucaria)

Lichen scruposus. *Schreb. Spicil. Fl. G. p.* 1133. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 413. — *Hoffm. En. Lich. T.* 6. *f.* 1. — *Engl. Bot. T.* 266.

Habitat ad terram inque saxis & rupibus.

*In hac & sequentibus speciebus lamina proligera quasi margine proprio instructa observatur. Variat crusta albidiori & tenuiter rimoso-areolata.*

β. U. plumbea: crusta areolato-verrucosa plumbea; apotheciis minutis, margine thallode discoideum subobtegente.

U. scruposa β. plumbea. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. l. c.*

Habitat ad terram argillosam.

γ. U. virella: crusta tartareo-subcoriacea; apotheciis virescentibus pruinosis, margine thallode subintegerrimo. †

U. scruposa *var.* virella. *Clemente Ensayo &c. Add. p.* 300.

Habitat in Hispania ad corticem Castaneæ inque ipsa terra.

*Specimina dantur hanc cum* U. scruposa *connectentia.*

14. Urceolaria gypsacea: crusta crassa molli contigua pulveracea inæquabili albissima; lamina proligera urceolata nigra cæsio-pruinosa, margine thallode tumido inflexo, discoideo demum prominente subrugoso.

Urceolaria gypsacea. *Lichenogr. Univ. p.* 338.

U. scruposa β. albissima. *Meth. Lich. p.* 147. — *Clemente Ens. &c. Add. p.* 300.

Patellaria scruposa. *Hoffm. Pl. Lich. T.* 11. *f.* 1. *b?*

Habitat in montibus calcariis & gypsaceis Lusatiæ, Helvetiæ, Hispaniæ, Georgiæ.

15. Urceolaria diacapsis: crusta tenuissime rimosa inæquabili alba; lamina proligera urceolata nigra albo-pruinosa, margine proprio

crasso inflexo libero flexuoso, thallode exteriori cincta.

U. ceolaria diacapsis. *Lichenogr. Univ. p.* 339.

Habitat in saxis & muris Angliæ, Hispaniæ.

Gyalectis *affinis, sed ob marginem verum thallodem potius* Urceolariis *associanda.*

16. Urceolaria calcaria: crusta determinata tenuissime rimulosa subpulverulenta albissima, demum cinerascente; lamina proligera minuta concaviuscula nigra albo-subpruinosa, margine thallode subprominulo, discoideo tenui tandem discreto integro.

Urceolaria calcaria. *Lichenogr. Univ. p.* 340. — *Meth. Lich. p.* 142. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 300.

U. cinerea. *Fl. Dan. T.* 1432. *f.* 1.

U. contorta γ. nivea & *var.* κ. calcaria. *Flörke in Berl. Mag.* 1811.

Verrucaria contorta. *Hoffm. Pl. Lich. T.* 22. *f.* 2. — *Fl. G. p.* 186.

Lichen calcarius. *Linn. Fl. Sv. n.* 1061.

Habitat ad lapides calcarios.

*Nomen triviale Linnei utpote antiquissimum & huic speciei ab initio sacratum præ reliquis Hoffmanni & Flörkei servandum & præferendum. — Polymorpha species hæc est, varietates sequentes, secundum Cl. Flörke, offerens; sed si omnes genuinæ inquirant autoptæ.*

β. U. Hoffmanni: crusta tenui rimoso-areolata æquabili sordide cinerascente, areolis fertilibus in medio elevatis albido-plumbeis; lamina proligera concaviuscula atra, cæsio-pruinosa, margine thallode ruguloso pulverulento, albidiori.

U. Hoffmanni α. & *var.* β. contorta. *Lich. Univ. p.* 353. — *Meth. Lich. p.* 145.

U. contorta α. *Flörke l. c.*

Lichen rupicola. *Hoffm. En. Lich. T.* 6. *f.* 5. — *Ej. Pl. Lich. T.* 22. *f.* 1. 3.

Habitat in saxis & rupibus variæ naturæ.

γ U. glaucopis: crusta tenuissima sublеprosa æquabili luteo-cinerascente; areolis fertilibus sejunctis plano-convexis subfarinosis candidis in medio subelevatis; lamina proligera atra cæsio-pruinosa, margine thallode subintegerrimo.

U. contorta β. glaucopis. *Flörke l. c.*

δ. U. aggregata: crustæ areolis fertilibus aggregatis plano-convexis angulosis glabriusculis cæsio-lacteis in medio elevatis; lamina proligera plano-concava atra cæsio-pruinosa, margine thallode ruguloso-crenato.

U. contorta δ. aggregata. *Flörke. l. c.*

ε. U. depressa: crustæ areolis fertilibus aggregatis depressis planiusculis ambitu adnatis angulosis glabris cæsio-albidis in medio impressis; lamina proligera concava atra cæsio-pruinosa, margine thallode adplanato.

U. contorta ε. depressa. *Flörke. l. c.*

ζ. U. viridula; crustæ areolis fertilibus aggregatis depressis angulosis cinereo-viridibus in medio elevatis; lamina proligera concava atra, margine thallode crenulato albido.

U. contorta ζ. viridula. *Flörke. l. c.*

η. U. imbricata: crustæ areolis fertilibus confertissimis anguloso-lobatis subcinereis, lobis adscendentibus flexuosis subimbricatis; lamina proligera planiuscula subrepanda atra, cæsio-pruinosa, margine thallode plano integerrimo.

U. contorta η. imbricata. *Flörke. l. c.*

ϑ. U. tessellata: crustæ areolis confertissimis adplanatis confluentibus demum rimoso-tessellatis glabriusculis cinereo-albis in medio fertilibus; lamina proligera subsoluta atra, cæsio-subpruinosa, margine tallode elevato angulato albido.

Urceolaria tessulata. *Meth. Lich. p.* 142.

U. cinerea δ. tessullata. *Lich. Univ. p.* 337.

U contorta ϑ. tesselata. *Flörke l. c.*

Verrucaria tessellata. *Hoffm. Fl. G. p.* 185.

ι. U. intumescens: crustæ areolis fertilibus confertis aggregatis verrucoso-tumentibus subfarinosis candidis sublutescentibus; lamina proligera in harum medio plana cæsio-pruinosa, margine thallode obtuso depresso.

U. contorta ι. intumescens. *Flörke l. c.*

κ. U. farinosa: crusta sub-contigua subrugulosa candida farinosa, areolis fertilibus confer-

tissimis confluentibus planis; lamina prolige-ra his immersa minutissima concava atrâ, margine thallode planiusculo obtuso conni-vente.

U. contorta λ. farinosa. *Flörke l. c.*

17. Urceolaria hypoleuca: crusta rimoso-are-olata læviusculâ alba; lamina proligerâ con-cava pallide cerina, margine thallode elevato integro demum subflexuoso.

Urceolaria hypoleuca. *Lichenogr. Univ. p.* 355. — *Meth. Lich. p.* 149.

Habitat in saxis calcariis.

18. Urceolaria microcelis: crusta tenui læ-vigata inæquabili diffracto-rimulosa e cinereo pallido-virescente; lamina proligera concava minuta nigra, margine nullo.

Habitat in Helvetia supra saxa.

*Crusta subcartilaginea siccitate diffracto-rimosa nec pro-prie areolata apothe. iisque minutis constanter conca-vis absque ullo margine supra crustam prominente ab* U. cinerea *sat superque distincta.*

19. Urceolaria compuncta: crusta tenuissima lævi cinereo-alba; lamina proligera minuta urceolata nigra, margine proprio tenui a thal-lode tumente distincto. †

Urceolaria compuncta. *Lichenogr. Univ. p.* 343.

Lichen compunctus. *Smith. secund. Litteras.*

*Forte ad* Urcel. calcariam *pertinet.*

20. Urceolaria esculenta: crusta tartarea cras-sa rugoso-verrucosa cinerascente; apotheciis verrucæformibus, disco urceolato. †

Urceolaria esculenta. *Lichenogr. Univ. p* 343.

Lichen esculentus. *Pallas R.* 3. *p.* 760. *T. I i-f.* 4.

Habitat in montibus calcariis deserti Tartarici.

*Thallus edulis. An hujus Generis species?*

## XXII. LECANORA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 77. Tab. VII. F. 3—7.

Receptaculum universale crustaceum plano-expansum adnatum uniforme. Partiale scu-

telliforme crassum adnato-sessile. **Lamina proligera**, discum efformans, plano-convexa colorata apothecium supra tegens, intus cellu-loso-striata, **margine** crassiusculo, a thallo formato & eidem concolori, sublibero cincta.

---

† *Thallo adnato uniformi.* (Rinodina.)

* *Apotheciorum disco constanter atro nudo.*

1. Lecanora **atra**: crusta subdeterminata rimosa, granulato-verrucosa albo-cinerascente; apotheciorum disco plano demum tumidulo atro, margine thallode elevato libero tandem flexuoso crenulatoque.

Lecanora atra α. & β. expansa. *Lichenogr. Univ. p.* 344. 345.
Parmelia atra. *Meth. Lich. p.* 154. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 301. — *Westr. Sv. Laf. Färg. Hist. Tab.* 15.
Lichen ater. *Huds. Fl. Angl. p.* 530. — *Schrad. Kr. n.* 157. — *Lightf. Fl. Scot. p.* 813. — *Engl. Bot. V.* 14. *T.* 949. *Hoffm. En.* L. *T.* 4. *f.* 4.
Lichen tephromelas. *Ehrh. Cr.* — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 411.

Habitat in saxis, rupibus atque cortice arborum.
*Variat crusta magis albida vel cinerea, apotheciis sparsis vel confertissimis planis & convexis, margine integerrimo vel per aetatem crenato & flexuoso, minutis & majoribus.*

β. L. **confragosa**: crusta subdispersa granulato-glebulosa, inaequali cinereo-virescente; apotheciis minutis confertis demum convexiusculis, margine thallode tumente integerrimo.

L. atra γ confragosa. *Lich. Univ. p.* 545.
Parmelia confragosa. *Meth. Lich. in Suppl. p.* 35.

γ L. **calliginosa**: crusta verruculosa e cinereo fuscoque nigrscante; apotheciis minutis adpressis confertis demum elevatis convexis conglomeratis subangulosisque.

L. atra δ. accumulata & ε. caliginosa. *Lich. Univ. l. c.*

δ. L. **grumosa**: crusta rimosa granulata pulverulenta cinereo-caerulescente; apotheciis in-

natis, disco convexiusculo, margine thallode demum rugoso, albicante.

L. atra ζ grumosa. *Lich. Univ. l. c.*

Parmelia grumosa. *Meth. Lich. p.* 157.

Urceolaria Segestria. *Flörke in Berl. Mag.* 1807. — *Lich. Univ. p.* 342. (*excl. synon.* Lepr. Segestriæ. *Meth. Lich.*)

Lichen cærulescens. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* 11. *p.* 15.

Lichen grumosus. *Pers. ibm. St.* 14. *p.* 34.

Verrucaria grumosa. *Hoffm. Fl. G. p.* 188. — *Ej. Pl. Lich. T.* 51. *f.* 1. 2. (Patellaria)

2. Lecanora argopholis: crusta lævigata verrucoso-glebulosa pallescente, verrucis demum subimbricatis sublobatis difformibus; apotheciorum disco concavo fusco-atro, margine thallode acutiusculo coarctato crenulato.

Lecanora argopholis. *Lichenogr. Univ. p.* 346.

Parmelia atra β argopholis. *Meth. Lich. in Suppl. p.* 32.

Lichen argopholis *Wahlenb. Fl Lapp. p.* 411.

Habitat ad rupes Sveciæ, Lapponiæ.

*Occurrit crusta e pallido-virescente in meridionali Svecia.*

3. Lecanora pharcidia: crusta cartilagineo-membranacea rugoso-verruculosa albicante; apotheciis adpressis, disco atro plano marginem thallodem tenuem æquante, demum convexo rugoso marginem baseos submembranaceum integerrimum obtegente ac excludente.

Habitat in Gallia ad corticem Juglandis.

*Margo thallodes aliquando fuscescens evadit. Ab affinibus* Lecanora prosecha, L. lainea & L. ostracoderma *satis distincta apparet.*

4. Lecanora lainea: crusta rimoso-areolata albicante, areolis lævigatis; apotheciis adpressis tandem elevatis, disco plano submarginato demum tumente atro nudo vel pruinoso, margine thallode sessili integerrimo tandem flexuoso subevanidoque.

Lecanora lainea. *Lichenogr. Univ. p.* 347.

Habitat in Helvetia & Lusatia ad saxa.

*Discus apotheciorum interdum cæsio-pruinosus; Humectatus colorem servat.*

5. Lecanora ostracoderma: crusta determinata rimosa areolato-rugosa demum granulato-

farinosa sordide alba; apotheciis innatis, disco tandem convexo atro, margine thallode tenui sessili integro subcærulescente.

Lecanora ostracoderma. *Lichenogr. Univ. p.* 347.

Parmelia ostracoderma. *Meth. Lich. p.* 157.

Habitat in Africa prope Saldahna Bay ad saxa.

*Crusta per ætatem aliquando nigrescit.*

6. Lecanora illimata: crusta subtartarea papillata albida, papillis subconicis; apotheciis in crusta sparsis, disco nigro, margine thallode integro. †

Lichen illimatus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 413.

Habitat in summis petris alpium maritimarum septentrionalium Lapponiæ.

*Crustæ papillæ subteretes plerumque tuberculiferæ.*

7. Lecanora oculata: crusta glabra papillato-ramulifera alba; apotheciis sessilibus sparsis subpodicellatisque, disco concaviusculo nigro, margine proprio demum subflexuoso thallodeque tumente cincto.

Isidium oculatum. *Lichenogr. Univ. p.* 570. — *Meth. Lich. p.* 140.

Lichen oculatus *Dicks. Pl. Cr. Br.* 2. *p.* 17. *T.* 6. *f.* 3.

Lichen dactylinus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 414.

Habitat in alpinis Lapponiæ & Scotiæ, muscos incrustans.

*Specimina Dicksoniana & Wahlenbergiana comparata exacte conveniunt.*

8. Lecanora mastrucata: crusta granulato-ramulosa coacervata subglobulifera virescente; apotheciis in crusta tenuiori superficialibus, disco plano atro, margine thallode elevato integro. †

Lichen mastrucatus. *Wahlenb Fl. Lapp. p.* 413.

Habitat in rimis petrarum prope littora maris Nordlandiæ.

*Apothecia minuta non nisi in crusta tenuiori nec in papillis observantur.*

9. Lecanora chrysomelæna: crusta areolata flava, areolis planis submembranaceis rotundato-difformibus sublobatis passim discretis, apotheciis adpressis, disco plano atro, margine thallode elevato subrugoso tandem flexuoso.

Habitat in America Septentrionali.

*An per transitum formarum ab* Urceol. Schleicheri *originem ducat, ulterius inquirendum est.*

10. Lecanora atro-sulphurea: crusta tartarea glebuloso-coacervata ruguloso-inæquabili pallide sulphurea; apotheciis adpressis; disco convexiusculo aterrimo marginem thallodem mox occultante.

Lichen atro-sulphureus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 411.

Habitat in petris arenariis siccis insulæ Masœæ Finmarckiæ.

*Habitu apotheciorum proprio tam ab* Urceol. Schleicheri *quam* Lecan. chrysomelæna *distincta species videtur.*

11. Lecanora commutata: crusta tenui cartilagineo-membranacea demum pulvere granuloso conglomerato albido-subvirescente subobtecta; apotheciorum disco concaviusculo nigro, margine thallode pallido in discoideum elevatum crassum, integerrimum concolorem abeunte.

Lecanora commutata. *Lichenogr. Univ. p.* 352.

Habitat in Helvetia ad corticem truncorum Pini Piceæ.

*An* Leoideæ *species?*

12. Lecanora helicopis: crusta rimuloso-areolata livido-cinerea albo-limitata; apotheciis sessilibus, disco livido-atro plano, marginem thallodem liberum subconcolorem æquante.

Lecidea helicopis. *Lichenogr. Univ. p.* 156. (*pro parte Cfr.* Lecan. diplacia, *infra*) -- *Meth.* Lich. *suppl. p.* 9.

Lichen helicopis. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 414.

Habitat in lapidibus ad littora prope Altenfjord Finmarckiæ.

*Character ut & descriptio in Lich. Univ. l. c. tantum pro parte ad* L. heliocopim *pertinet. — Color crustæ in humido lividus, in sicco cinereus, sed limites albi non mutantur; marginis in sicco vix distinctus, in humido cum crustæ colore convenit; disci in sicco ater, in humido fere lividus.*

13. Lecanora coarctata: crusta effusa tenui rimosa subrugulosa inæquabili cinerascente; apotheciorum disco subimmerso demum elevato plano atro, margine thallode elevato inflexo irregulari coarctato pulverulento.

Lecanora coarctata α. *Lichenogr. Univ. p.* 352.

Parmelia coarctata. & P. elacista. *Meth. Lich. p.* 158, 159. *T.* 4. *f.* 4.

Lichen coarctatus. *Engl. Bot. V.* 8. *T.* 534.
Habitat in saxis & parietibus lateritiis.
*Occurrit crusta tenui l. subnulla, subcontigua & rimosa, alba incana cinerascente & obscure cinerea.*

β. L. listrota: crusta subdeterminata irregulari lævigata rimosa albo-cinerascente; apotheciis subturbinatis discoque plano-concavo submarginato fusco-atro tectis, subtus a thallo elevato formatis, margine ejus evanido.

L. coarctata β. listrota. *Lich. Univ. p.* 553.

Habitat in saxis Helvetiæ.

γ. L. cotaria: crusta subnulla pulveracea cinerea; apotheciis minutis confertis concaviusculis atris, margine subflexuoso supra subtusque flocculis albis passim suffuso, demum nudis subimmarginatis.

L. coarctata γ. cotaria. *Lich. Univ. l. c.*
Lecidea cotaria. *Meth. Lich. Suppl. p.* 11.
Habitat ad saxa arenaria Sveciæ.
*Cfr. Descriptiones harum varietatum in* Lich. *Univ. l. c. — var.* δ. inquinata *ibm. utpote eruptionibus nigris fortuitis tantum adspersa in numerum varietatum non resumenda.*

14. LECANORA leucopis: crusta tartarea læviuscula subrimosa lactea verrucis subglobosis efflorescentiisqueorediformibus concoloribus adspersa; apotheciis hemisphæricis, disco convexo irregulari nigro verrucis eum submarginantibus superimposito.

Lecanora leucopis. *Lichenogr. Univ. p.* 554.
Habitat in saxis cotaceis friabilibus ferruginosis Helvetiæ.
*Species dubia, nam discus e particulis atris irregularibus atris quasi conflatus & hinc vix genuinus. Examinent ulterius autoptæ.*

15. LECANORA periclea: crusta tenui sublepro-sa dispersaque albida; apotheciorum disco plano-convexo atro punctato scabrido, margine thallode baseos exiguo pulverulento subevanescente.

Lecanora periclea α. *Lichenogr. Univ. p.* 555.
Parmelia periclea. *Meth. Lich. p.* 156.
Verrucaria abietina *var.* pilularis. *Hoffm. Fl. G. p* 193.
Habitat in squamis corticis Pini sylvestris & abietis.

b. **pinicola**: crusta tenui submembranacea laevigata cinerascente; apotheciis minutis confertis planis, margine thallode subelevato albo pulverulento.

L. periclea β. pinicola. *Lich. Univ. p.* 356.
Parmelia exigua β. pinicola. *Meth. Lich. p.* 155. (*exclus. synon.*)

β. L. **exigua**: crusta inaequabili obscure cinerea nigricante; apotheciis minutis aggregatis planis, margine thallode albo crenulato, demum convexiusculis, margine fuscescente subevanescente.

L. periclea γ. exigua. *Lich. Univ. l. c.*
Parmelia exigua. *Meth. Lich. p.* 154.
Lichen exiguus. *Ach. Prodr. p.* 69. — *in N. Act. Acad. Sc. Stockh. V.* 16. *T.* 5. *f.* 6. *d. e. f.* — *Schrad. Journ. f. d. Bot.* 1801. *p.* 73.

Habitat ad parietes ligneos vetustos, inque cortice Quercus.

16. LECANORA **milvina**: crusta effusa rimosa verrucoso-areolata granulata ferrugineo-fusca; apotheciorum disco planiusculo nigro, margine thallode elevato integro.

Lecanora milvina α *Lichenogr. Univ. p.* 358.
Parmelia milvina. *Meth. Lich. in Suppl. p.* 54.
Lichen milvinus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 410.

Habitat ad petras in Finmarckia Norvegica.

b. **privigna**: crusta dispersa nigro-picea; apotheciis planiusculis, disco demum papillato, margine thallode elevato subintegro.

Lecan. milvina β. privigna. *Lich. Univ. p.* 359. (*excl. syn.* Lich. simplicis *Dav.*)
Lecidea privigna. *Meth. Lich. p.* 49. (*pro parte*)

Habitat in saxis arenariis Angliae, Galliae.

17. LECANORA **mortosa**: crusta inaequabili scabriuscula rimoso-diffracta fusco-atra; apotheciis turgidis, disco depresso atro, margine thallode tumente integro subruguloso subconcolori.

Habitat in Gallia ad truncos arborum subputridos.

*Ad* Lecanoram milvinam *accedit, sed crustae & apotheciorum conformatio alia.* Lepariam antiquitatis *esse, apotheciis instructam, suspicatur Cel.* Persoon.

** *Apotheciorum disco nigro nudo, humectato fuscescente.*

18. Lecanora prosecha: crusta e lobis confluentibus subcontigua incanescente tenuissime rimulosa efflorescentiis pulveraceis passim adspersa; apotheciis subinnatis, disco demum tumidulo nigro, humectato fusco, margine thallode sessili integerrimo.
Lecanora prosecha, *Lichenogr. Univ. p.* 546.
Habitat in India Occid. ad saxa.

19. Lecanora gangalea: crusta subcontigua glabriuscula alba; apotheciis sessilibus, disco tumidulo nigro, humectato subfusco, marginem thallodem integerrimum superante.
Habitat in Helvetia supra saxa.
*Non confundatur cum* Lecanora lainea, *cui similis.*

b. rudis: crusta rimoso-areolata inæquabili, punctis elevatis nigro-fuscis adspersa, areolis rugoso-plicatis subsquamaceis, interstitiis nigris.
Habitat in saxis Helvetiæ.

20. Lecanora Agardhiana: crusta effusa tenui contigua læviuscula fumoso-cinerea; apotheciis subinnatis, disco convexo fusco-atro, humectato pallide fusco, margine thallode tenui integerrimo albo.
Habitat in Helvetia ad montium saxa.
*Crusta ad oculum armatum quasi porosa s. tenuissime impresso-punctata; haud nitida, fere plumbea, eodem modo comparata ac in* Lecid. murina *vel* Verruc. Harrimanni *&* V. plumbea. *Apothecia parva rarius sparsa.*

21. Lecanora alpestris: crusta determinata tenuissime rimoso areolata sordide cinereo-fuscescente; apotheciis innatis, disco plano fusco-atro, humectato fusco-rubello marginem thallodem tenuem æquante, demum elevatis lentiformibus margine persistente.
Lecanora alpestris. Lichenogr. *Univ. in Add. p.* 679.
Urceolaria ocellata. β. ocellulata. *ibid. p.* 332. (*Excl. syn. Hoffm.*)
Habitat ad saxa in alpibus Helveticis.
*Apothecia per ætatem pruinosa hanc speciem cum* Lecan. Hageni *similem reddunt. Crusta perfecta determinata ambitu submembranaceo zonato.*

11. LECANORA sophodes: crusta subdeterminata verrucoso-granulata e cinereo fusco virente; apotheciis aggregatis, disco plano demum convexo nigro, humectato fusco, margine thallode tumido subinflexo integerrimo.

Lecanora sophodes α & var. ε. archaea. *Lichenogr. Univ.* p. 356, 357.

Parmelia sophodes, & γ. archaea. *Meth. Lich.* p. 155.

Lichen sophodes. *Ach. Prodr.* p. 67. — *Schrad. Journ. f. d. Bot.* 1801. p. 71.

Habitat ad corticem arborum, in lignis putridis & muscis.

b. lævigata: crusta dispersa subverrucosa cinereo-fuscescente; apotheciis sparsis planiusculis, disco demum papillato.

L. sophodes. β lævigata. *Lich. Univ.* p. 357.

β. L. colobina: crusta effusa subleprosa granulato-pulverulenta cinereo-virescente; apotheciorum margine demum flexuoso crenatoque.

L. colobina. *Lichen. Univ.* p. 358.

L. sophodes *var.* ζ. crenata. *ibm. l. c.*

Lichen sophodes. *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 410. (*Secundum specim.*)

Habitat inprimis ad ligna putrescentia.

b. pyrina: crusta effusa leprosa granulato-pulveracea cinereo-viridi; apotheciis adpressis minutis, disco convexiusculo, margine integerrimo. Ad corticem Pyri.

L. sophodes *var.* γ pyrina. *Lich. Univ.* p. 357. — *Meth. Lich. l.* c. (Parmelia)

c. drymea: crusta leprosa rimosa granulato-pulverulenta inæquabili cinereo-fusco-virescente; apotheciorum disco concaviusculo, margine thallode crassiusculo elevato integro.

L. sophodes *var.* δ. drymea. *Lich. Univ. l.* c.

Habitat in cortice ad truncos Quercinos.

13. LECANORA metabolica: crusta tenui membranacea demum inæquabili albicante; apotheciis minutis, disco planiusculo tandem convexo nigro, humectato subfusco, margine

thallode tenui albo demum fusco discoque concolori.

Lecanora metabolica. *Lichenogr. Univ. p.* 351.

Habitat in Gallia ad corticem Ulmi.

*Discus apotheciorum humectatus ad oculum armatum nigro-punctatus apparet.*

*** *Apotheciorum disco nigro fusco, subfusco, vel ex aliis coloribus fuscescente, nudo.*

24. Lecanora diplacia: crusta rimosa areolato-verrucosa grisea; apotheciis superficialibus, disco plano fusco-nigro, margine proprio elevato subjacentem thallodem tenuem integerrimum subobtegente.

Lecidea helicopis. *Lichenogr. Univ. p.* 156. (*quoad charact. & partem descriptionis.*)

Habitat ad lapides in India occidentali.

*Cum* Lecanora helicopi *in Lich. Univ. l. c. commixta, a qua tamen diversa. Utræque species potius ad* Lecanoræ *quam* Lecideæ *Genus referri debent, nam in* L. helicopi *margo apotheciorum juniorum quoad colorem & substantiam a crusta formatus apparet, licet disco concolor demum evadit. In* Lecan. diplacia *discus margine proprio concolori l. magis nigricante instructus fere omnino obtegit substantiam apothecii thallodem subjacentem & ejus marginem, sed tamen adest hic margo, in* Lecideis *veris omnino deficiens. Sic margo duplex in hac ut in* Lecanora oculata & Lecan. helygea.

25. Lecanora intricata: crusta diffracto-areolata albido-ochroleuca; apotheciis subinnatis, disco plano olivaceo demum convexo fusco-nigricante marginem thallodem tenuem integerrimum superante vel excludente.

Lecanora intricata. *Lichenogr. Univ. p.* 380.

Parmelia intricata. *Meth. Lich. p.* 178.

Lichen intricatus. *Schrad. Journ. f. d. Bot. St.* 1. *p.* 72.

Habitat in saxis Lusatiæ & sylv. Hercyniæ.

26. Lecanora badia: crusta effusa inæquabili subsquamulosaque verrucosa olivaceo-fusca glabra; apotheciis adpressis, disco plano demum convexiusculo fusco-atro subnitente, margine thallode persistente.

Lecanoræ badiæ *var.* γ. fuscata & *var.* δ. amaura. *Lichenogr. Univ. p.* 407. 408. (*exclusis synon.* L. squamulosi *Schrad. & Pers.*)

Parmelia fuscata. *Meth. Lich. p.* 189.

P. squamulosæ β. amaura. *ibm. p.* 182.
Lecidea picina. *ibm. p.* 51.
Verrucaria badia. *Hoffm. Fl. G. p.* 182. — *Pl. Lich. T.* 51. *f.* 2. (Patellaria)
Lichen badius. *Ach. Prodr. p.* 67. — *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* 7. *p.* 27. — *Ehrh.* — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 409.
Lichen piceus. *Dicks. Cr. Br.* 4. *T.* 12. *f.* 5.
Lichen fuscatus. *Schrad. Spic. Fl. G. p.* 83.
Habitat in saxis & rupibus Europæ fere universæ.

*Descriptio* Lecan. badiæ *α Lich. Univ. p.* 407. *ad* Lecanoram cervinam *(v. infra) quoad maximam partem pertinet.*

27. LECANORA aipospila: crusta papillata fusco-cinerea, ambitu granulato sulcato-radiato, nigro limitato; apotheciis in papillis sessilibus convexiusculis, disco rufo-fusco, marginem thallodem superante ac excludente.
Lecanora aipospila. *Lichenogr. Univ. p.* 385.
Parmelia aipospila. *Meth. Lich. in Suppl. p.* 36.
Lichen aipospilus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 409. *T.* 27. *f* 2.
Habitat in saxis & scopulis prope Nord Cap.

28. LECANORA spodophæa: crusta diffracto-rimosa granulato-papillata fusco-virescente; papillis confertissimis ramiformibus fastigiatis in ambitu decumbentibus adpressis radiantibus; apotheciis sparsis, disco plano brunneo, marginem thallodem subcrenulatum æquante.
Lecanora spodophæa. *Lichenogr. Univ. p.* 385.
Parmelia spodophæa. *Meth. Lich. in Suppl. p.* 37.
Lichen spodophæus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 409.
Habitat in scopulis ad Mare glaciale.

29. LECANORA helygea: crusta subtartarea molli subrimosa rugosiuscula verrucoso-granulata cinereo-fusca; apotheciorum disco plano fusco-nigro marginato, margine proprio elevato thallodem subjacentem tumidulum superante.
Habitat in Helvetia ad saxa alpium.

*A* Lecan. spodophæa, *cui proxime accedit omnino distincta. Discus apotheciorum humectatus rufescens, margine proprio evidenti instructus subtus a thallode demum flexuoso coronatur, Crusta intus fere concolor, vetusta magis rimosa areolata.*

30. LECANORA epibryon: crusta cartilaginea rugosa, inæquabili albescente; apotheciorum di-

sco plano nigro-fusco nitido, marginem thallodem tenuem integrum æquante.

Lecanora epibryon. α. *Lichenogr. Univ. p.* 396. (*excl. var.* β. pachnea.)

Parmelia epibryon. *Meth. Lich. p.* 157.

Lichen epibryon. *Ach. Prodr. p.* 79. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 408.

Lichen hypnorum. *Wulf. ap. Jacq. Coll.* 4. *T.* 7. *f.* 4.

Habitat in Helvetia, Austria, Lapponia, muscis instrata.

31. Lecanora turfacea: crusta subcartilaginea corrugata grisea opaca; apotheciis confertissimis subincumbentibus, disco planiusculo fusco atro opaco, margine thallode elevato ruguloso albo-pruinoso.

Lichen turfaceus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 408.

Habitat supra terram apricam subuliginosam a muscis putrefactis ortam in Finmarckia maritima & Helvetia.

β. L. pachnea: crusta subrugosa granulataque cinerascente; apotheciis sparsis, disco pruinoso demum convexo nudo nigro opaco, marginem thallodem lævigatum tandem subevanescentem superante.

Lecanora epibryon β. pachnea. *Lich. Univ. p.* 396.

Habitat supra muscos demortuos in Germania.

32. Lecanora amniocola: crusta tenui atra, areolis dispersis planis difformibus confluentibusque sublobatis pallide fusco-virescentibus subobtecta; apotheciis sparsis, disco convexo rufo-fusco, margine thallode baseos tenui integro.

Habitat in Helvetia supra muscos destructos.

*Subiculum atrum inter areolas nudum ad oculum armatum subnitidum & elevato-punctatum l. tenuissime rugosum apparet. Apothecia per ætatem nigricantia rugulosa.*

33. Lecanora bryontha: crusta tenuissima alba verrucis concoloribus adspersa; apotheciis crassis, disco concaviusculo rugoso livescenti-hepatico marginem thallodem tumidulum subobtegente.

Lecanora bryontha. *Lichenogr. Univ. p.* 398.

Parmelia subfusca β bryontha. *Meth. Lich. p.* 167. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 408. (Lichen)

Habitat supra muscos & plantarum radices ad alpes Lapponiæ, Helvetiæ.

*Natura & colore apotheciorum tantum differt a* Lecan. subfusca, *ut pro ejus varietate neutiquam haberi possit.*

34. Lecanora subfusca: crusta cartilaginea lævigata demum granulata inæquabili alba cinerascenteque; apotheciorum disco plano-convexiusculo subfusco nigroque, margine thallode tumido integro tandem flexuoso crenatoque.

Lecanora subfusca. *Lichenogr. Univ. p.* 393.
Parmelia subfusca. *Meth.* Lich. *p.* 167. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 301.
Verrucaria subfusca. *Hoffm. Fl. G. p.* 180. — *Pl. Lich. T.* 5. *f.* 3. (Patellaria)
Lichen subfuscus *Linn.* - *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 407. — *Hoffm. En. L. T.* 4. *f.* 3—5.

Habitat ad corticem arborum & ligna vetusta.

a. argentata: crusta suborbiculari lævigata alba; apotheciis parvis, disco plano-convexiusculo rufescenti-fusco marginem thallodem crassum integerrimum subæquante.

L. subfusca α. argentata. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. p.* 169. (Parmelia)
Verrucaria argenteo fusca. *Hoffm. Fl. G. p.* 181.

b. coilocarpa: crusta tenui effusa lævigata alba; apotheciis minutis confertis, disco concaviusculo fusco-nigricante, margine thallode tenui subinflexo integro.

L. subfusca β. coilocarpa. *Lich. Univ. l. c.*

c. glabrata: crusta cartilaginea glabra subrugoso-plicata pallida; apotheciis planis fuscescentibus nigrisque, margine thallode integerrimo discum æquante.

L. subfusca γ. glabrata. *Lich. Univ. l. c.*

d. horiza: crusta determinata limitataque rugoso-granulata sordide cinerea & fuscescente; apotheciis plane concavis fusco-nigricantibus, margine thallode inflexo crenatoque.

L. subfusca δ. horiza. *Lich. Univ. p.* 394.

e. rufa: crusta submembranacea subpulveru-

lenta alba; apotheciis convexis demum hemisphæricis conglomeratis rufo-fuscis, margine thallode juniorum tenui integerrimo subevanescente.

L. subfusca ε rufa. *Lich. Univ. l. c.*

f. **cateilea**: crusta submembranacea inæquabili alba; apotheciis convexis conglomeratis cinereo-fuscis subpruinosis, margine thallode tumidulo demum flexuoso persistente.

L. subfusca ζ. cateilea. *Lich. Univ. l. c.*

Habitat in sæpimentis ligneis.

g. **allophana**: crusta granulata inæquabili alba l. cinerascente; apotheciis lentiformibus demum amplis irregularibus confertissimis, disco plano convexiusculo fusco nigroque, margine thallode tandem flexuoso crenato.

L. subfusca η. allophana. *Lich. Univ. p.* 395.

Parmeliæ subfuscæ *var.* ζ pallida, *var.* ϑ. pellæa; & *var.* γ. flexuosa. *Meth. Lich. p.* 168, 169.

Verrucaria pallide fusca — V. fusca. *Hoffm. Fl. G. p.* 181.

β. L. **chlarona**: crusta lævigata subtuberculataque alba; apotheciorum disco concaviusculo pallido l. subcarneo-livescente, margine thallode elevato crenulato.

Lecanora distans α. & *var.* β. chlarona. *Lich. Univ. p.* 397.

Parmelia subfusca *var.* ε distans. *Meth. Lich. p.* 168.

Habitat ad corticem in truncis variarum arborum.

*Color disci vix fuscescit & margo apotheciorum fere ab initio crenulatus. Ob colorem & habitum singularem ut varietatem propriam distinxi, licet etiam hæc cum* L. subfusca *mediantibus aliis ejus mutationibus confluere solet.*

γ L. **zosteræ**: crusta effusa tenuissima glauca; apotheciis minutis aggregatis, disco plano rufescenti marginem thallodem tenuem album pulverulentum æquante.

Habitat ad littora marina in foliis exsiccatis Zosteræ.

δ L. **atrynea**: crusta tartarea areolato-rimosa verrucosa albida cinerascenteque; apothe-

ciis confertis, disco plano demum convexo fuscescente nigroque, tandem irregularibus flexuosis.

L. subfusca 9. atrynea. *Lich. Univ. p.* 395.

Habitat in saxis & montibus.

35. LECANORA poliophæa: crusta rimoso-diffracta granulata papillato-ramulosa cinerascente, ambitu fibrilloso-byssaceo albo; apotheciorum disco plano hepatico marginem thallodem demum crenulatum æquante.

Lecanora poliophæa. *Lichenogr. Univ. p.* 398.
Parmelia poliophæa. *Meth. Lich. in Suppl. p.* 38.
Lichen poliophæus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 410. *T.* 27. *f.* 3.

Habitat in Scopulis ad littora Maris glacialis.

*Margo apotheciorum juniorum elevatus integerrimus adultiorum crenulatus; discus aliquando pallidus vel rufescens. Humectata crusta non virescit.*

36. LECANORA ventosa: crusta rimoso-areolata pallescente, areolis convexis plicato-verrucosis; apotheciis adpressis demum irregularibus, disco plano-tumente rubro-brunneo marginem thallodem tenuem integerrimum superante.

Lecanora ventosa α. cruenta, & β. lepadolemma. *Lichenogr. Univ. p.* 399.
Parmelia ventosa. *Meth. Lich. p.* 166.
Verrucaria ventosa. *Hoffm. Pl. Lich. T.* 27. *f.* 1. — V. cruenta *Ej. Fl. G. p.* 198.
Lichen ventosus. *Linn. Fl. Sv. n.* 1065. — *Engl. Bot. V.* 13. *T.* 906. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 406. — *Westr. Sv. Laf. Färg-Hist. Tab.* 6.
Lichen scopulorum. *Fl. Dan. T.* 712. *f.* 2.
Lichen cruentus. *Web. spicil. Fl. G. T.* 1. — *Hoffm. En. L.* — *Schrad. Kr. S. n.* 159.
Lichen flavescens. *Jacq. Misc.* 2. *p.* 79. *T.* 9. *f.* 1.

Habitat in saxis & rupibus.

*Variat crustæ colore subcinerascente atque fulvo-virescente, apotheciorum fusco-nigricante.*

37. LECANORA frustulosa: crusta tartarea rimosissima ex albo nigroque variegata; apotheciis planis pallide fuscis, margine thallode albo, demum convexis fusco-nigricantibus. †

Lecanora frustulosa. *Lichenogr. Univ. p.* 405.
Parmelia frustulosa. *Meth. Lich. p.* 172.
Lichen frustulosus. *Dicks. Pl. Cr. Br.* 3. *p.* 13. *T.* 8. *f.* 11.

Habitat in Anglia ad rupes.

38. LECANORA effusa: crusta effusa tenui sub-

pulverulenta cinereo-æruginosa; apotheciis minutis adpressis, disco plano demum convexo pallide fusco-rufescente, margine thallode tenui subevanescente.

Lecanora effusa. *Lichenogr. Univ.* p. 386.
Parmelia effusa. *Meth. Lich.* p. 171.
Verrucaria effusa. *Hoffm. Fl. G.* p. 174.
Lichen effusus. *Pers.* — *Ach. Prodr.* p. 50.
Lichen salignus. *Schrad. Spicil. Fl. G.* p. 84.

Habitat in Salicum truncis cavis.

39. Lecanora psoralis: crusta tenui cinerascente, apotheciis confertissimis minutis areolæformibus adpressis rotundatis subconcoloribus obliterata, disco depressiusculo plano cinereo-fuscescente, margine thallode subelevato integro demum repando.

Lecanora psoralis. *Lichenogr. Univ.* p. 376.

Habitat ad saxa & muros in Helvetia.

40. Lecanora incolorata: crusta effusa leproso-subpulverulenta cohærenti obscure cinereo-viridi; apotheciis adpressis, disco plano rufescenti cinereo-livido demum nigro, margine thallode tenui integerrimo crustæ subadglutinato.

Parmelia incolorata. *Flörke in Berl. Mag.* 1809. p. 200.

Habitat ad terram humidam.

41. Lecanora chloroleuca: crusta tenui leprosa alba; apotheciis confertis elevatis, disco plano olivaceo, margine thallode undulato. †

Lecanora chloroleuca. *Lichenogr. Univ.* p. 405.
Lichen chloroleucus. *Engl. Bot.* V. 20. *Tab.* 1375.

Habitat in saxis calcariis alpinis Scotiæ.

42. Lecanora scrupulosa: crusta determinata rimosa areolato-verrucosa albo-cinerascente; apotheciorum minutorum disco crustæ verrucis innato planiusculo carneo-cerino subfuscescente nigroque, margine thallode demum elevato crassiusculo integerrimo tandem flexuoso.

Lecanora scrupulosa. α. [illegible] β. meliéica. *Lichenogr. Univ.* p. 375.
Parmelia subfusca *var.* ι. meliéica. *Meth. Lich.* p. 169.

Habitat ad corticem vetustam arborum.

43. Lecanora [illegible]: crusta verrucosa plicato-

rugosa conglomerataque cinereo-candicante; apotheciorum disco crustæ innato pallido demum rufescenti-subfusco, margine thallode tandem elevato crassiusculo flexuoso crenatoque.

Lecanora detrita. *Lichenogr. Univ. p.* 576.
Parmelia detrita. *Meth. Lich. p.* 171.
Verrucaria detrita. *Hoffm. Fl. G. p.* 172. — *Ej. Pl. Lich.* 3. *T.* 64. *f.* 1, 4. (Patellaria)

Habitat in Germania ad corticem Populi, Betulæ.

*Fide Cl. Hoffmanni allata species. Specimina nulla perfecta ipse vidi.*

44. Lecanora epanora: crusta glebulosa granulato-conglomerata pulverulentaque sordide flavo-virescente; apotheciis sessilibus crassis, disco plano carneo-fuscescente, margine thallode tumido integerrimo demum flexuoso.

Lecanora epanora. *Lichenogr. Univ. p.* 577.
Parmelia epanora. *Meth. Lich. p.* 179.

Habitat in saxis & rupibus Sveciæ.

45. Lecanora thallina: crusta tenuissime rimosa flavo-virescente, lineolis serpentinis nigris limitata decussataque; apotheciis adpressis, disco convexiusculo fusco marginem thallodem sessilem integerrimum æquante.

Lecanora thallina. *Lichenogr. Univ. p.* 398.
Parmelia thallina *Meth. Lich. p.* 172. *T.* 4. *f.* 3.

Habitat ad saxa in Africa prope Saldahna Bay.

46. Lecanora varia: crusta inæquabili granulato-subverrucosa pallide virescente; apotheciis confertis, disco plano pallido fuscescente varioque, margine thallode elevato subinflexo demum flexuoso subcrenulato.

Lecanora varia α. *Lichenogr. Univ. p.* 377. (*exclusis omnibus varietatibus.*)
Parmelia varia. *Meth. Lich. p.* 178. — *Fl. Dan. V.* 8. *T.* 1347. *f.* 1.
Verrucaria varia. *Hoffm. Fl. G. p.* 196. — *Ej. Pl. Lich. T.* 23. *f.* 4. (Patellaria)
Lichen varius. *Ehrh. Pl. Cr Dec.* 7. *n.* 68. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 405. — *Engl. Bot. V.* 24. *T.* 1666.

Habitat ad asseres, parietes & sæpimenta lignea.

b. pleorytis: crusta granulata lutescente determinata; apotheciis confertissimis sub-

concoloribus demum angulosis convexisque, margine thallode subinde inflexo inciso-crenulato dilutiori.

Lecanora varia *β*. pleorytis. *Lich. Univ. p.* 378. — *Meth. Lich. p.* 178. (Parmelia)
Verrucaria maculiformis? *Hoffm. Fl. G. p.* 195.

Habitat in ligno antiquo & cortice Pini sylvestris.

Verrucariam maculiformem *Hoffm. utpote* Lecanoræ variæ *varietatem commemorat Cl. Wahlenb. in Fl. Lapp. l. c., sed neque ex charactere ibidem dato, neque e specimine quodam certo eam novimus. Itaque seorsim hanc varietatem proponere non potui, nescius an a varietate* b. pleurytide *re vera differat. In saxis etiam occurrere postulat Cl. Wahlenberg, at ex ejusmodi specimine Lapponico accepto comperui, hæcce individua alpestria a* Lecideæ Ehrhartianæ *var.* β. polytropam *omnino non differre.*

47. LECANORA apochrœea: crusta effusa tenuissima lævigata albicante subinde soredifera; apotheciis sessilibus, disco planiusculo pallido, livido-fusco, fuscoque nigricante, margine thallode pallescente demum subcrenulato.

Lecanoræ variæ *var.* δ. ravida, (*excl. synon. Hoffm.*) *var.* ε. apochroea & *var.* ζ. pinara. *Lichenogr. Univ. p.* 378, 379.
Parmelia cerina δ. ravida. *Meth. Lich. p.* 175.
Spiloma vitiligo & Sp. sorediatum. *Lich. Univ. p.* 138. 139. (*quoad crustam*) — *Meth. Lich. p.* 10. *T.* 1. *f.* 1.
Parmelia sulphureo-nigricans. *Flörke in Berl. Mag.* 1809. *p.* 197.

Habitat in lignis & trabibus vetustis.

*Etiam color marginis thallodis variat albus & subsulphureus.*

48. LECANORA ocrinæta: crusta rugulosa tuberculosaque rimosa albo-incanescente; apotheciis sessilibus submembranaceis flexuosis, disco plano pallido-fuscescente demum convexo fusco, marginem thallodem tenuem tandem evanescentem subobtegente.

Lecanora ocrinæta. *Lichenogr. Univ. p.* 380.

Habitat ad saxa in rupibus Helvetiæ.

49. LECANORA rubricosa: crusta rimosa areolata subgranulataque albida; apotheciorum disco plano rufescenti-ferrugineo demum fusco,

margine thallode albo vel flavicante tandem flexuoso.

Lecanora rubricosa. *Lichenogr. Univ. p.* 386.
Lecan. craspedia α. *ibm. p.* 351. (*excl. var.* β. arenaria.)
Parmelia craspedia. *Meth. Lich. p.* 172.
Verrucaria cæsio rufa. *Hoffm. Fl. G. p.* 178.
Patellaria arenaria? *Hoffm. Pl. Lich. T.* 58. *f.* 1.
Lichen cæsio-rufus. *Engl. Bot. V.* 15. *T.* 1040.

Habitat in saxis & rupibus in primis arenariis.

**** *Apotheciorum disco nigro-cæsio, glauco vel varie colorato, semper pruinoso.*

50. Lecanora Villarsii: crusta tartarea gyroso-plicata granulata alba; apotheciis sessilibus, disco concaviusculo cæsio-pruinoso, margine thallode crasso incurvo integro flexuoso, intus sub disco albis.

Lecanora Villarsii. *Lichenogr. Univ. p.* 360.
Lichen ocellatus. *Villars. Delph.* 3. *p.* 998. *T.* 55. — *Bellardi App. Fl. Pedem. in Uster. Ann. d. Bot. St.* 15. *p.* 92.

Habitat in saxis & rupibus Italiæ, Helvetiæ.

51. Lecanora cenisia: crusta tartarea verrucoso-areolata cinerascente; apotheciis amplis, disco demum convexo fuscescenti-cinereo-pruinoso, margine thallode rugoso crenulato.

Lecanora cenisia. *Lichenogr. Univ. p.* 361.

Habitat ad saxa in monte Cenisio.

52. Lecanora rugosa: crusta tartarea rimosa albo-pallescente, areolis plicato-rugosis; apotheciorum disco crustæ immerso plano demum sublobato glauco-pruinoso, margine thallode discum subæquante flexuoso.

Lecanora rugosa. *Lichenogr. Univ. p.* 360.

Habitat ad saxa in alpibus Helveticis.

53. Lecanora Ceratoniæ: crusta tartarea subrugoso-plicata alba; apotheciis aggregatis pressione difformibus, disco plano cinereo-cæsio-pruinoso, margine thallode turgido integerrimo, intus atris, strato sub disco hyalino.

Lecanora Ceratoniæ *Lichenogr. Univ. p.* 361.

Habitat ad corticem Ceratoniæ Siliquæ in Hispania.

54. Lecanora granifera: crusta membranacea albicante, verrucis minutis hemisphæricis gra-

niformibus adspersa nigro limitata; apotheciorum disco concaviusculo nigro albo-pruinoso, margine thallode elevato crassiusculo demum elabente.

Habitat in Guinea ad corticem arborum.

*Margo thallodes integerrimus albus per ætatem parum flexuosus demumque elabens disci marginem proprium denudatum relinquit. In hoc statu apothecium* Lecideæ *speciem mentitur.*

55. Lecanora miculata: crusta subcontigua tenui granulata albida; apotheciis planis fusco-glaucis pruinosis, intus albis, margine thallode tumido persistente demum flexuoso crenato.

Habitat in America septentr. ad corticem arborum.

*Apothecia sparsa majuscula, disco per ætatem convexiusculo, marginem subæquante.*

56. Lecanora rhagadiosa: crusta tartarea cohærenti, rimis nigris notata, bullato-flexuosa albissima; apotheciis verrucæformibus, disco demum convexiusculo fusco-nigricante albo-pruinoso rimis decussantibus areolato-verrucoso marginem thallodem subexcludente.

Habitat in monte Cenisio.

*Species valde singularis & paradoxa tam ob thalli quam apotheciorum habitum proprium. Crusta mollis subcoriacea, in ambitu libera nec adnata plicato flexuosa & bullata. Apothecia juniora subimmersa, adulta elevata verrucæformia convexa rimoso-areolata margine thallode vix ullo.*

57. Lecanora tuberculosa: crusta viridi-cinerea verrucis subglobosis granulata, ambitu fibroso-radiato; apotheciis immixtis, disco concaviusculo demum plano nigro-glaucescenti-pruinoso, margine thallode elevato crasso. †

Lichen tuberculosus. *Engl. Bot. V.* 25 *T.* 1733.

Habitat ad rupes silaceas in Anglia.

*Diversa videtur a* Lecidea atro-alba *&* Urceolaria gibbosa.

58. Lecanora cæcula: crusta subdeterminata rimoso-areolata, areolis convexo-gibbosis, cinereo-fusco-virescente; apotheciis minutis crassis, disco plano cæsio-pruinoso submarginato, marginem thallodem subjacentem tumentem integerrimum æquante.

Habitat in Helvetia supra saxa.
*Crusta humectata olivacea. Sub pruina, in aqua fere persistente, discus subfuscus.*

59. Lecanora variabilis: crusta subrimosa subumbrina in ambitu albido-cinerascente subdeterminata; apotheciis confertis cæsio-pruinosis, disco demum convexo nigricante, margine thallode albo.
Lecanora variabilis. *Lichenogr. Univ. p.* 369.
Parmelia variabilis. *Meth. Lich. p.* 190.
Lichen variabilis. *Pers. ap. Uster. in Annal. d. Bot. St.* 7. *p.* 26.
Habitat ad lapides calcarios in Germania.
*An species a priori* (L. cæcula) *omnino distincta? secundum specimen a Cl. Persoon olim missum, sed non optimum, determinavi. Discus humectatus subfuscus.*

60. Lecanora pæpalea: crusta effusa disperso-irregulari inæquabili superficie pulverulenta albissima; apotheciis sessilibus plano-concavis rufo-atris pruina alba suffusis, humectatis carneis.
Habitat in Helvetia ad saxa.
*Apothecia sparsa parva subtus & in margine thallode elevato integerrimo pulvere albo suffusa. Disci concavi demum planiusculi color ob pruinam densam vix discernendus.*

61. Lecanora glaucoma: crusta tartarea rimoso-areolata æquabili albo-cinerascente; apotheciis crustæ immersis, disco plano, demum convexo subglobosoque glauco-pruinoso, tandem denudato nigro, margine thallode integerrimo postremo evanescente.
Lecanora glaucoma *cum variett.* γ epiphorea, δ leptoploea, ζ varians & η. composita. *Lichenogr. Univ. p.* 362, 363. (*excl. var.* ε. rimosa)
Parmelia glaucoma. *Meth. Lich. p.* 160. & γ. varians *p.* 161. (*excl. var.* β. rimosa)
Verrucaria glaucoma. *Hoffm. Fl. G. p.* 172. — *Ej. Pl. Lich. Tab.* 52. 53. (Patellaria)
Urceolaria tessulata β. composita. *Meth. Lich. p.* 143.
Lichen sordidus. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* 7. *p.* 26.
Lichen albido-cæsius. *Schrad. Spicil. Fl. G. p.* 87.
Lichen varians. *Davies in Act. Soc. Linn. Lond.* 2. *T.* 28. *f.* 5.

Lichen compositus. *Wither. Arr. V.* 4. *T.* 31. *f.* 1.

Habitat in saxis & montibus.

*Color disci sub pruina variat incarnatus, pallidus, fu-sceſcens & niger.*

b. contaminata: crusta & apotheciis pas-sim ochraceo-pallidis.

Lecanora glaucoma β contaminata. *Lich. Univ.* p. 362. — *Hoffm. Pl. Lich. T.* 52. *f.* 1.

β. L. cærulata: crusta rimoso-areolata lævi-gata alba; apotheciis planis demum subglo-bosis cærulescenti-cæsiis, margine thallode subpersistente.

L. glaucoma α. cærulata. *Lich. Univ. l. c.*

Habitat ad corticem annosam Quercus.

γ. L. sulphurata: crusta sulphureo-flava areolis excavato-punctatis; apotheciis cinereo cæsiis nigrisque.

Parmelia glaucoma β. sulphurea. *Clement. Ensay &c. Add.* p. 301.

Habitat in Hispania ad saxa calcaria & are-naria.

62. Lecanora Swartzii: crusta tartarea rimosa inæquabili demum verrucoso-granulata alba ambitu radioso-fimbriato; apotheciis sessilibus subglobosis cinereo-glaucis pruinosis demum aggregato-conglomeratis difformibus, margine thallode tenui tandem evanescente.

Lecanora Swartzii α. & var. β. leucoma. *Lichenogr. Univ.* p. 363, 364.

Parmelia Swartzii. *Meth. Lich.* p. 161.

Lichen Swartzii. *Ach. Prodr.* p. 55. *T.* 1. *f.* 2. — ii *Nov. Act. Stockh. V.* 15. p. 185. *T.* 6. *f.* 3.

Habitat ad rupium latera in Svecia.

*An varietas præcedentis? Sed habitu apotheciorum ad modum diversa.*

63. Lecanora angulosa: crusta submembrana-cea lævigata demum inæquabili crassiuscula rugosa subrimosa cinerascente; apotheciis pla-no-convexiusculis tandem hemisphæricis con-glomeratis difformibus, disco pallido-fusce-scente glauco-pruinoso, margine thallode in-tegerrimo subevanescente.

Lecanora angulosa & var. β. indurata. *Lichenogr. Univ.* p. 364.

Parmelia angulosa. *Meth. Lich. p.* 162. (*excl. synon. Wulf.*) — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 301.
Lichen angulosus. *Ach. Prodr. p.* 54.
Habitat ad corticem variarum arborum.

b. leptyrea: crusta suborbiculari albida; apotheciis minutis confertis plano-convexiusculis, disco pallido vel subfusco pruinoso marginem thallodem tumidulum persistentem æquante.

L. angulosa *α.* leptyrea. *Lich. Univ. l. c.*
Verrucaria pallida. *Hoffm. Fl. G. p.* 171.
Lichen pallidus. *Schreb. Spicil. Fl. G.* — *Hagen. Hist. Lich.*

*Similitas multa cum* Lecan. subfusca, argentata, *a qua tamen certe distincta, in* Lecan. angulosam *abiens.*

14. Lecanora chondrotypa: crusta effusa membranacea diffracto-subrimosa lutescenti-pallida; apotheciis sparsis carneo-fuscescentibus concavis, disco demum hemisphærico cinereo-pruinoso, marginem thallodem postremo excludente.

Lecanora chondrotypa. *Lichenogr. Univ. p.* 365.
Habitat ad corticem vetustam Betulæ albæ in Svecia.

*Apothecia juniora* Lecideæ carneolæ *similia, sed lamina proligera distincta & postea evoluta crassa colore & margine thallode diverso instruitur.*

15. Lecanora cæsio-rubella: crusta submembranacea molliuscula alba; apotheciis sparsis, disco planiusculo dilute rubello cæsio-pruinoso marginem thallodem tumidum integerrimum æquante.

Lecanora cæsio-rubella. *Lichenogr. Univ. p.* 366.
Habitat in America Septentr. ad corticem arborum.

*Naturæ crustæ, colore & pruina apotheciorum a* Lecan. subfusca *omnino distincta.*

16. Lecanora Hageni: crusta cartilagineo-membranacea albo-cinerascente; apotheciis confertis minutis, disco plano demum convexo fusco nigroque cæsio-pruinoso, margine thallode integerrimo nudo persistente.

Lecanora Hageni *α. Lichenogr. Univ. p.* 367.
Parmelia Hageni. *Meth. Lich. p.* 162.
Lichen Hageni. *Ach. Prodr. p.* 57.

Lichen cærulescens. *Hagen. Hist Lich. p. 59. T. 1. f. 5.*
Habitat ad corticem arborum.

b. syringea: crusta granulata inæquabili, apotheciis minutis confertissimis lentiformibus, disco pallido luteo fuscescente nigroque subnudo margine thallode tumidulo integerrimo.
L. Hageni β. syringea. *Lich. Univ. p.* 368. — *Meth. Lich. p.* 163. (Parmelia)
Habitat in ramis Syringæ vulgaris.

c. crenulata: crusta demum inæquabili subgranulata cinerascente vel nigricante; apotheciis confertissimis, disco plano fusco nigroque subnudo, margine thallode crenulato demum flexuoso cæsioque pulverulento.
L. Hageni *var.* γ. umbrina & δ. cyanescens. *Lich. Universal. l. c.*
Parmelia cyanescens. *Meth. Lich. p.* 163.
Lichen crenulatus, L. cyanescens? & L. sambuci *Pers.*
Lichen umbrinus *Ehrh. Cr. Dec.*
Habitat in tectis & aliis lignis vetustis saxisque.

67. Lecanora lutescens: crusta effusa tenui membranacea verrucosa pallida pulvere lutescenti-viridi-pallido conspersa; apotheciis sparsis, disco plano-convexo submarginato e carneo flavoque-rufescenti cæsio-pruinoso, margine flexuoso.
Lecanora lutescens. *Lichenogr. Univ. p.* 367.
Lecanora elatina. *ibm. p.* 387.
Parmelia lutescens. *Flörke in Berl. Mag.* 1807.
Verrucaria lutescens. *Hoffm. Fl. G. p.* 195. — *Ej. Pl. Lich. T.* 23. *f.* 1. 2. (Lepra.)
Habitat in cortice arborum v. g. Pini.
Lecideis *affinis ob laminam proligeram submarginatam & marginem thallodem tantum pulveraceum evanescentem, fere ut in* Lecan. hæmatomma.

68. Lecanora albella: crusta tenui cartilaginea lævigata lactea; apotheciis sparsis, disco concaviusculo dilute subcarneo demum convexo cinereo-pruinoso, margine thallode tumenti integerrimo.
Lecanora albella α. & *var.* γ. umbilicata. *Lichenogr. Univ. p.* 369. 370.
Parmelia albella & β. umbilicata. *Meth. Lich. p.* 163, 164.

Verrucaria umbilicata? *Hoffm. Fl. G. p.* 171.
Lichen albellus. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* 12. *p.* 18.

Habitat in cortice lævigata arborum et fruticum.

b. sordidescens: crusta discoque apotheciorum sordide albo-cinerascentibus pruinosisque.

L. albella β sordidescens. *Lich. Univ. l. c.*
Lichen sordidescens. *Persoon.*

*Discus derasa pruina pallide carneus. Etiam crusta non raro pruinosa.*

***** *Apotheciorum disco subincarnato, pallido, testaceo, luteolo, cerino vel subaurantiaco.*

69. Lecanora parella: crusta rimosa plicato-verrucosa albissima; apotheciis crassis confertis pressione difformibus, disco concaviusculo margineque thallode turgido integerrimo subconcoloribus.

Lecanora parella α. *Lichenogr. Univ. p.* 370.
Parmelia parella. *Meth. Lich. p.* 164. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 301.
Verrucaria parella. *Hoffm. Fl. G. p.* 169. — *Ej. Pl. Lich. T.* 12. *f.* 5. (Patellaria)
Lichen parellus. *Linn. Mant. p.* 132. — *Engl. Bot. V.* 11. *T.* 727. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 402.

Habitat in rupibus & muris.

β. L. pallescens: crusta rugoso-granulata sordide albo-pallescente; apotheciorum disco subspongioso plano-concavo pallido.

L. Parella β. pallescens. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. l. c.* (Parmelia)
Psora alabastrina. *Hoffm. Fl. G. p.* 168. — *Ej. Pl. Lich. T.* 21. *f.* 2. *a. b.*
Lichen pallescens. *Linn.* — *Ach. Prodr. p.* 36.
Lichen alboflavescens. *Wulf. ap. Jacqu. Coll.* 5. *T.* 5. *f.* 1.

Habitat ad truncos arborum, etiam in saxis.

γ. L. upsaliensis: crusta tenuissima membranacea lævigata albo-glaucescente; apotheciorum regularium disco demum dilatato plano pallido-lutescente.

L. parella γ. upsaliensis. *Lich. Univ. p.* 371. — *Meth. Lich.* 163. (Parmelia)

Psora upsaliensis. *Hoffm. Fl. G. p.* 168. — *Ej. Pl. Lich. T.* 21. *f.* 2. (Patellaria)

Lichen parell s β. upsaliensis. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 403.

Lichen upsaliensis. *Linn. Fl. Sv. n.* 1073. — *Engl. Bot. V.* 23. *T.* 1634. — *Dicks. Pl. Cr. Br.* 12. *T.* 2. *f.* 7. — *Hoffm. En. Lich. T.* 7. *f.* 1.

Habitat ad terram et supra muscos quos incrustat.

δ. L. tumidula: crusta tenui læviuscula demum inæquabili granulataque incana cinerascente, disco plano dilatato pruinoso subconcolori demum convexiusculo, marginem thallodem tenuem integerrimum æquante vel superante.

L. parella δ. tumidula. *Lich. Univ. l. c.*

Parmelia subfusca δ. tumidula. *Meth. Lich. p.* 168.

Lichen tumidulus *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. st.* 11. *p.* 18.

Habitat in cortice arborum.

70. Lecanora Turneri: crusta leprosa granulato-pulverulenta albo-cinereo-virescente; apotheciis sparsis crassis pulverulentis, disco concaviusculo incarnato-pallescente, margine thallode tumente integro flexuosoque.

Lecanora Turneri. *Lichenogr. Univ. p.* 373.

Parmelia Turneri. *Meth. Lich. p.* 165.

Lichen Turneri. *Engl. Bot. V.* 12. *T.* 857.

Habitat in cortice ad truncos vetustos arborum.

71. Lecanora livida: crusta rimoso-areolata glabra ex albo livida, areolis margine crenulatis; apotheciis minutis confertis, disco planiusculo crustæ innato livide-carneo, margine thallode demum prominente integerrimo.

Lecanora livida. *Lichenogr. Univ. p.* 375.

Habitat in saxis alpium Helveticarum.

β. L. alpigena: crusta tartarea subrimoso-areolata subverruculosa pallescente; apotheciis confertis, disco pallido-fuscescente, margine thallode elevato demum flexuoso crenatoque dilutiori alboque.

Lecan. variæ *var. ι.* alpigena. *Lich. Univ. p.* 379.

Lecan. anomala *var. α. ibm. p.* 381. (*exclusis omnibus varietatibus.*)

Parmelia anomala. *Meth. Lich. in Suppl. p.* 39.

Habitat ad saxa et rupes in Svecia et Helvetia.

*Facie a priori (α) satis, diversa, at nulla species distincta.*

72. LECANORA carneo-lutea: crusta tenui lævigata albo-incana; apotheciis sub-innatis, disco plano carneo-lutescente, margine thallode tenui subinflexo crenato.

Lecan ra carneo-lutea. *Lichenogr. Univ. p.* 374.
Parmelia carneolutea. *Turn. in Act. Soc. Linn. V.* 9. *T.* 12. *fig.* 2.
Lichen carneo luteus. *Engl. Bot. V.* 28. *T.* 2010.

Habitat in Anglia ad corticem arborum.

73. LECANORA expallens: crusta leprosa pulverulenta pallide sulphurea; apotheciis sub-innatis, disco plano lutescenti-pallido marginem thallodem tenuem pulverulentum æquante.

Lecanora expallens α. *Lichenogr. Univ. p.* 374.
Patellaria lutescens. *Decandolle.*
Lepraria expallens. *Persoon.*

Habitat ad truncos Salicinos Galliæ.

β. L. conizæa: crusta leprosa pulverulenta pallido-cinerascente; apotheciis sessilibus, disco plano demum convexo pallide fuscescente, margine thallode tumidulo elevato pulverulento tandem subevanescente.

L. expallens β conizæa. *Lich. Univ. l. c.*

Habitat in Anglia et Helvetia in cortice Pini et ligno Quercino.

74. LECANORA strobilina: crusta tenui subcartilaginea lævigata cinereo-pallida; apotheciis minutis confertis adpressis planiusculis pallido-luteolis, margine thallode tenui pulveraceo-granulato.

Habitat ad squamas strobilorum Pini Piceæ et P. Cembræ in Gallia.

*Species perpusilla, natura crustæ et apotheciorum minutie a* Lecanora expallente *certissime distincta.*

β. L. betulina: crusta tenui superficie pulverulenta albida; apotheciorum disco pallido, demum convexiusculo fuscescente.

Lecan. variæ *var.* η. betulina. *Lich. Univ. p.* 379.

Habitat ad epidermidem corticis Betulæ albæ in Svecia, Germania.

78. LECANORA punicea: crusta tenui submembranacea inæquabili granulataque cinereo-albicante; apotheciis lentiformibus, disco diluto cerino-puniceo marginem thallodem tumidum subintegrum æquante.

Lecanora punicea. *Lichenogr. Univ. p.* 395.
Parmelia punicea. *Meth. Lich. p.* 167.

Habitat in cortice ramorum Cinchonæ in America.

*Ob colorem disci apotheciorum omnino alium et differentiam crustæ a* Lecan. subfusca *species distincta videtur.*

79. LECANORA incrustans: crusta verruculosa pallido-flavicante subpulverulenta; apotheciorum disco plano demum convexiusculo cerino flavo-pruinoso, margine thallode integro flavo.

Lecanora incrustans. *Lichenogr. Univ. p.* 405.
Patellaria incrustans. *Decandolle Fl. Fr.*

Habitat ad muros in Gallia.

*In specimine, quod coram habeo, apothecia perpauca sunt. An* Lecideæ *species?*

80. LECANORA vitellina: crusta granulata flavo-vitellina; apotheciis confertis, disco plano crustæ concolori demum convexiusculo saturatiori subpruinoso, margine thallode elevato tenui tandem flexuoso pulverulento.

Lecanora vitellina. *α.* et *var. γ.* arcuata. *Lichenogr. Univ. p.* 403, 404.
Parmelia vitellina. *Meth. Lich. p.* 176. — *Fl. Dan. V.* 8. *T.* 1547. *f.* 2.
Verrucaria vitellina et V. arcuata *Hoffm. Fl. G. p.* 197. — *Ej. Pl. Lich.* 2. *T.* 26. *f.* 1. *T.* 27. *f.* 2. (Patellaria)
Lichen vitellinus. *Ehrh. Pl. Cr. n.* 155. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 404.

Habitat ad parietes, ligna sæpimentorum atque lapides.

*β* L. coruscans: crusta diffracto-areolata granulata saturate vitellina, granulis conglomeratis in ambitu sublobato-crenatis, apotheciis confertissimis angulosis subobtecta, disco plano aurantiaco, margine thallode crenato.

L. vitellina *β.* coruscans. *Lich. Univ. p.* 404. — *Meth. Lich. p.* 177. (Parmelia)

Habitat præcipue in tectis ligno imbricatis.

γ. L. aurella: crusta dispersa vel subnulla, granulata flavicante; apotheciis minutis sparsis planis subconcoloribus, margine thallode integro subelevato dilutiori.

L. vitellina δ. aurella Lich. Univ. l. c.

Parmelia murorum β. aurella. Meth. Lich. p. 196.

Verrucaria aurella. Hoffm. Fl. G. p. 197. — Ej. Pl. Lich. T. 50. f. 2. c. (Patellaria)

Habitat in saxis et rupibus.

δ. L. steropea: crusta subcontigua rimosaque flavicanti-vitellina; apotheciis minutis, disco vitellino marginem thallodem pulverulentum æquante.

L. vitellina ε. steropea. Lich. Univ. l. c.

Parmelia murorum γ. steropea. Meth. Lich. p. 196.

Habitat ad rupes calcarias.

81. Lecanora salicina: crusta granulato-inæquabili sordide lutescente; apotheciorum disco plano demum convexo subaurantio, margine thallode tenui subcrenulato tandem integro flexuoso.

Lecanora salicina. Lichenogr. Univ. p. 400.
Parmelia salicina. Meth. Lich. p. 173.
Verrucaria salicina. Hoffm. Fl. G. p. 197. — Ej. Pl. Lich. T. 61. f. 3-9. (Patellaria)
Lichen salicinus. Schrad. Spicil. Fl. G. p. 82. — Engl. Bot. V. 19. T. 1305.

Habitat ad corticem in truncis Salicinis ac aliarum arborum.

b. microthelia: crusta glabra plicato-verrucosa papillataque flavida, papillis subglobosis in apothecia abeuntibus.

L. salicina β. michrothelia. Lich. Univ. p. 401.
Parmelia microthelia. Meth. Lich. p. 174.
Lichen flavorubescens. Wither. Arr. 3. — Huds? Fl. Angl.

82. Lecanora erythrella: crusta rimosa areolato-subrugosa flavida subvirescente; apotheciis demum subglobosis rubro-aurantiis nitidis marginem thallodem integerrimum tandem excludentibus.

Lecanora erythrella α. Lichenogr. Univ. p. 402.

Parmelia erythrella. *Meth. Lich.* p. 174.
Verrucaria viridi-rufa. *Hoffm. Fl. G.* p. 179 et. V. flavo-virescens. *ibm.* p. 197. — *Ej. Pl. Lich.* T. 20. *f.* 1.
Lichen flavo-virescens. *Wulf.* ap. *Jacqu. Coll.* 2. T. 13. *f.* 4. *a. b.*

b. rubescens: crusta areolato-verrucosa pallida l. cinereo-virescente; apotheciis demum hemisphæricis rubercimis, margine thallode disco subconcolori tandem evanescente.

L. erythrella β. rubescens. *Lich. Univ.* p. 402. (excl. *syn. Huds?*)
Lecidea aurantiaca β. rubescens. *Meth. Lich.* p. 69.

13. Lecanora cinnabarina: crusta determinata rimoso-areolata miniato-cinnabarina nigro-sublimitata; apotheciis minutis adpressis, disco planiusculo aurantio-rubro marginem thallodem subintegrum æquante.

Lecanora cinnabarina. *Lichenogr. Univ.* p. 402.
Habitat in India Occidentali ad saxa.

14. Lecanora citrina: crusta granulato-pulverulenta citrina; apotheciis adpressis, disco plano demum convexo aurantio, margine thallode tenui pulverulento.

Lecanora citrina α. *Lichenogr. Univ.* p. 402. (ubi reliqua synon).
Parmelia citrina. *Meth. Lich.* p. 176. — *Chem. Ens. &c. Add.* p. 301.
Verrucaria citrina. *Hoffm. Fl. G.* p. 198.
Lichen citrinus. *Ach. Prodr.* p. 73.
Habitat in muris et saxis.
*Subiculum album s. crusta primordialis plerumque adest, in qua granula flavo-aurantia dispersa sunt.*

β. L. xanthostigma: crusta tenuissima albicante granulis citrinis conglomeratis adspersa; apotheciis planis subglobosisque luteo-aurantiis glabris, margine concolori demum evanescente.

L. citrina . xanthostigma. *Lich. Univ.* p. 403.
Parmelia citrina γ. phlogina. *Meth. Lich.* p. 181.
Verrucaria flava. *Hoffm. Fl. G.* p. 189.
Habitat ad corticem variarum arborum.
*Apothecia raro occurrunt sed, ubi adsunt, conferta.*

****** *Apothéciorum disco rubro, coccineo vel purpureo et sanguinolento.*

85. Lecanora bella: crusta rimoso-areolata pallida; apotheciis sessilibus, disco plano carneo-rubello marginem thallodem crassiusculum integerrimum æquante, demum hemisphærico-globosis, margine thallode ad basin persistente.

Lecanora bella. *Lichenogr. Univ. p.* 398.

Habitat in India Occid. ad saxa.

*Apothecia minuta disco saturatius rubello et subcerino variant.*

86. Lecanora rubra: crusta submembranacea lævigata demum inæquabili granulato-pulverulenta alba: apotheciis confertis, disco concavo rubro, margine thallode tumido inflexo crenulato.

Lecanora rubra. *Lichenogr. Univ. p.* 389.

Parmelia rubra. *Meth. Lich. p.* 170. — *Fl. Dan. V.* 8. *T.* 1351. *f.* 1.

Verrucaria rubra. *Hoffm. Fl. G. p.* 176. — *Ej. Pl. Lich.* T. 17. *f.* 2. (Patellaria)

Lichen marmoreus. *Engl. Bot V.* 11. *T.* 759.

Lichen ulmi. *Swartz N. Act. Ups. V.* 4. *p.* 247. — *Ach. Prodr. p.* 54. (*excl. synon. Dicks. Hoffm. Wither, Gmel.*)

Habitat ad corticem in truncis arborum.

87. Lecanora sarcopis: crusta granulosa helvola; apotheciorum disco carneo-rubro, margine thallode elevato crenato.

Lecanora variæ var. γ. sarcopis. *Lich. Univ. p.* 578. (*excl. synon. Hoffm.*)

Parmelia varia γ. sarcopis. *Meth. Lich. in Suppl. p.* 59.

Lichen sarcopis. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 406.

Habitat ad parietes ligneos in Lapponia.

*Nimia est hujus affinitas cum* Lecanora varia, *adeo ut qui, pro hujus varietate sumeret, vix erraret.*

88. Lecanora trapelia: crusta granulata albo-cinerascente, granulis inciso-crenatis subimbricatis; apotheciis minutis, disco subrubello, margine thallode integro, demum convexis immarginatis.

Lecanora trapelia. *Lichenogr. Univ. p.* 587.

Habitat ad saxa in Lusatia.

*Tantum in apotheciis junioribus margo tenuis thallodes observatur.*

89. **Lecanora rubelliana**: crusta tenui rimoso-areolata ochraceo-pallida; apotheciis minutis innatis confertis demum anguloso-difformibus, disco plano rubello tandem nigricante, margine thallode tenui discum vix superante.

Lecanora rubelliana. *Lichenogr. Univ. p.* 376.

Habitat in saxis rupium Helvetiæ.

90. **Lecanora hæmatomma**: crusta tartarea glebuloso-areolata pulverulenta subsulphurea; apotheciis innatis sparsis confluentibusque, disco ruberrimo submarginato convexiusculo marginem thallodem pulveraceum subexcludente.

Lecanora hæmatomma α. *et var.* coccinea. *Lichenogr. Univ. p.* 388.

Lecidea hæmatomma, *var.* . coccinea *et* ζ. frondosa *Meth. Lich. p.* 63, 64. *ibm. in Suppl. p.* 36. (Parmelia)

Verrucaria hæmatomma *et* V. frondosa. *Hoffm. Fl. G. p.* 198, 199. — *Ej. Pl. Lich. T.* 11. *f.* 1. *T.* 40. *f.* 1. *T.* 49. *f.* 1. (Patellaria)

Lichen hæmatomma. *Ehrh.* — *Engl. Bot. V.* 7. *T.* 486.

Lichen coccineus. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. st.* 11. *p.* 17.

Habitat ad saxa et corticem Quercus.

β. **L. porphyria**: crusta tartarea solidiuscula granulato-pulverulenta albida pallidaque; apotheciis sessilibus, disco plano saturate sanguineo, margine thallode elevato crasso rugoso-crenulato persistente.

L. hæmatomma γ. porphyria. *Lich. Univ. p.* 389. — *Meth. Lich. p.* 65. (Lecidea)

Verrucaria porphyria. *Hoffm. Fl. G. p.* 199. — *Ej. Pl. Lich. T.* 51. *f.* 1.

Lichen hæmatomma. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 406.

Lichen porphyrius. *Pers. ap. Uster l. c.*

Lichen Vahlii. *Fl. Dan. V.* 7. *T.* 1185. *f.* 1.

Lichen coccineus. *Dicks. Cr. fr.* 1. *p.* 8.

91. **Lecanora inalpina**: crusta rimoso-areolata inæquabili alba; apotheciorum disco plano submarginato demum convexo cerino-rufo

marginem thallodem flavescentem superante vel sub-obtegente.

Lecanora inalpina. *Lichenogr. Univ. p.* 388.

Habitat ad saxa in alpinis Helvetiae.

†† *Thallo adnato, in ambitu effigurato radiato-stellato sublobatoque.* (Placodium.)

92. Lecanora adscensionis: crusta plicato-rugosa lactea, ambitu radiato-plicato; apotheciis elevatis, disco concaviusculo atro, margine thallode tumido inflexo crenulato.

Lecanora adscensionis. *Lichenogr. Univ. p.* 426.

Habitat in scoriis Vulcani Ins. Adscensionis.

93. Lecanora epigea: crusta plicato-rugosa albida, ambitu laevigato lobato; apotheciorum disco demum convexiusculo fusco-nigricante, margine thallode tenui integerrimo.

Lecanora epigea. *Lichenogr. Univ. p.* 429.

Parmelia epigea. *Meth. Lich. p.* 191.

Lichen epigeus. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. st. 7, p.* 25.

Lichen candicans. *Dicks. Pl. Cr. Br.* 3, *p.* 15. *T.* 9. *f.* 5. — *Engl. Bot. V,* 25. *T.* 1778.

Habitat ad terram inter muscos rupium.

94. Lecanora aegialita: crusta subimbricata alba, lobis planiusculis, in ambitu sinuato-laciniatis multifidis; apotheciorum disco planiusculo nigro, margine thallode inflexo integerrimo.

Lecanora aegialita. *Lichenogr. Univ. p.* 423.

Parmelia aegialita. *Meth. Lich. p.* 192.

Habitat in Guinea ad lapides mari inundatos prope littora.

95. Lecanora lentigera: crusta subimbricata alba, lobis concaviusculis flexuosis incisis crenatis; apotheciorum disco planiusculo flavo-rufescente, margine thallode elevato tumido inflexo subcrenulato.

Lecanora lentigera. *Lichenogr. Univ. p.* 423.

Parmelia lentigera. *Meth. Lich. p.* 192. — *Clem. Ens. Go. Add. p.* 301.

Psora lentigera. *Hoffm. Fl. G. p.* 164. — *Ej. Pl. Lich. T.* 48. *f.* 1.

Lichen lentigerus. *Web. Spic. F. G. p.* 192. *T.* 3. — *Hoffm. En. Lich. T.* 9. *f.* 4. — *Fl. Dan. T.* 1185. *f.* 2. — *Engl. Bot. V.* 13. *T.* 871.

Habitat supra terram et muscos in montibus.

96. Lecanora Lagascæ: crusta areolato-lobata albissima, lobis planis angulosis repando-sublobatis integris in ambitu thalli subcrenulatis; apotheciorum disco plano testaceo demum subfusco, margine thallode tenui integerrimo tandem flexuoso.

Lecanora Lagascæ. *Lichenogr. Univ.* p. 425.
Lichen tartareus. *Wulf. ap. Jacqu. Coll.* 4. *T.* 8. *f.* 2.
Habitat ad terram in montibus Helvetiæ, Pyreneis.

97. Lecanora saxicola: crusta subimbricata squamoso-rugosa inæquabili pallido-virescente, ambitu radioso-lobato; apotheciis confertissimis, disco plano lutescenti-fulvo subochraceo, margine thallode demum flexuoso crenatoque.

Lecanora saxicola. *Lichenogr. Univ.* p. 431.
Parmelia saxicola *Meth. Lich.* p. 191. — *Clem. Ens. &c. Add.* p. 301.
Psora muralis. *Hoffm. Fl. G.* p. 157. — *Ej. Pl. Lich. T.* 16 *f.* 1. — *T.* 11. *f.* 1.
Lichen saxicola. *Pollich. Pl. Pal.* p. 225. — *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 415. — *Engl. Bot. V.* 24. *T.* 1695.
Lichen ochroleucus. *Wulf. ap. Jacqu. Coll.* 2. *T.* 15. *f.* 4. *a.*
Habitat in saxis, muris et ad parietes ligneos.

98. Lecanora diffracta: crusta rimoso-areolata e pallido cinereo fuscoque virescente, areolis anguloso-sublobatis nigro-marginatis, ambitu effigurato lobato; apotheciorum disco obscure rubro demum convexo, marginem thallodem tenuem subexcludente.

Lecanora diffracta. *Lichenogr. Univ.* p. 432.
Lecidea cechumena. β. diffracta. *Meth. Lich.* p. 42.
Lichen diffractus. *Ach. Prodr.* p. 63.
Habitat in saxis & rupibus præsertim lacustribus Sveciæ, Helvetiæ.

99. Lecanora straminea: crusta radioso-plicata subrugosa straminea, laciniis linearibus subteretibus contiguis; apotheciorum disco plano-concavo rubro fusco, margine thallode tumido.

Lecanora straminea. α. *Lichenogr. Univ.* p. 432.
Lichen stramineus. *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 417. *T.* 28. *f.* 1.

Habitat ad saxa in summis alpibus septentrionalibus, juxta mare glaciale.

100. Lecanora oreina: crusta rimosa areolato-verrucosa pallida, ambitu extremo lobato, lobis incisis planis; apotheciis adpressis, disco plano tumidulo nigro marginem thallodem crassum æquante.

Lecanora stramineæ. *var.* β. oreina. *Lichenogr. Univ.* p. 433.

Habitat in alpibus Helvetiæ.

101. Lecanora murorum: crusta plicato-rugosa rimosa vitellina, superficie pulveraceo-pruinosa, ambitu radioso-plicato, laciniis linearibus convexis incisis; apotheciis confertis, disco demum convexo saturatiori, margine thallode integerrimo flexuosoque.

Lecanora murorum. *Lichenogr. Univ.* p. 433.
Parmelia murorum. *Meth. Lich.* p. 195. — *Clem. Ens. &c. Add.* p. 301.
Lobaria saxicola. *Hoffm. Fl. G.* p. 158. — *Ej. Pl. Lich.* T. 17. *f.* 3. (Psora)
Lichen murorum. *Hoffm. En. L.* p. 63. T. 9. *f.* 2. *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 416.
Lichen candelaris. *Wulf. ap. Jacqu. Coll.* 3. T. 6. *f.* 1.

Habitat in saxis et muris.

β. L. tegularis: crusta orbiculari plicato-granulata subaurantiaca, laciniis in ambitu rectiusculis subteretibus radiantibus concretis subpruinosis; apotheciis concoloribus.

Lecan. elegans β. tegularis. *Lich. Univ.* p. 435. — — *Meth. Lich.* p. 193. (Parmelia)
Lichen tegularis. *Ehrh. Pl. Cr. Dec.*

Habitat in tectorum tegulis et muris.

γ. L. crenulata: lobis angustissimis granulatis flavis; apotheciis planis, margine elevato crenulato. †

Lichen murorum γ. crenulatus. *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 416.

Habitat in saxis juxta aquam ad mare septentr.
*Mihi non visa, tamen ad hanc speciem non pertinere suspicor sed potius ad* Lecan. cirrochroam; *ob apothecia crenulata ad hanc tamen referre non potui.*

102. Lecanora cirrochroa: crusta verrucosa pallido-flavicante sorediis granulisque citrinis

suffuso, ambitu radioso nudo, plicis lineari-bus convexiusculis incisis; apotheciis sparsis, disco plano-concavo subaurantio, margine thallode elevato subintegerrimo.

Habitat in Helvetia ad rupes, nec non ad corticem Pinorum.

*A* Lecan. murorum *omnino distincta species videtur. Demto ambitu plicato* Lecan. citrinam *satis assimilat. Apothecia vetustissima marginem apotheciorum subcrenulatum habent. Cfr. L.* murorum γ. crenulata.

103. Lecanora miniata: crusta subgranulata miniata superficie nuda, ambitu radioso-lobato, laciniis convexis brevissimis inciso-crenatis; apotheciis minutis turgidis, disco plano demum hemisphærico, margine thallode integerrimo concolori.

Lecanora miniata. *Lichenogr. Univ. p.* 434.
Parmelia miniata. *Meth. Lich. p.* 194. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 301.
Lobaria miniata. *Hoffm. Fl. G. p.* 158. — *Ej. Pl. Lich. T.* 60. *f.* 1. (Psora)

Habitat ad saxa et rupes.

*Toto thalli habitu, colore et apotheciis convexis a* L. elegante *diversa, quare ut propria species certe consideranda.*

β. L. obliterata: crusta subeffusa areolato-verrucosa miniato-flavicante, ambitu irregulari subeffigurato; apotheciis confertis concoloribus convexis subobliterata.

Lecan. miniata α. obliterata. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. l. c.* (Parmelia)
Lichen obliteratus. *Pers. ep. Uster. in Ann. d. Bot. st.* 11. *p.* 15.

Habitat in rupibus et ad lapides calcarios.

104. Lecanora elegans: crusta subimbricata plicato-rugosa flavo-aurantia, superficie nuda, lobis lineari-laciniatis flexuosis convexis subdiscretis radiantibus; apotheciorum disco concaviusculo subconcolori, margine thallode subinflexo integerrimo.

Lecanora elegans α. *Lichenogr. Univ. p.* 435.
Parmelia elegans. *Meth. Lich. p.* 193. (*excl. synon. Pers.*) — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 301.
Lichen elegans. *Link. Ann.* 1. *p.* 37. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 417.

*Dill. Hist. Musc. T.* 24. *f.* 68.
Habitat in rupibus et præsertim in scopulis marinis.

b. tenuis: laciniis saturate aurantiacis subfiliformibus ramosissimis discretis.

Lichen elegans β. tenuis? *Wahlenb. Fl. Lapp. l. c.* (*excluso forte Synon. Hoffm.*) *Apotheciis semper concavis et thalli habitu proprio a* L. miniata *perquam diversa species hæc est.*

105. Lecanora fulgens: crusta subcontigua pallido-flavescente, ambitu plicato-sublobato, lobis flexuosis planis; apotheciis sparsis, disco rubérrimo plano convexo, margine thallode tandem flexuoso crenatoque subevanescente.

Lecanora fulgens. *Lichenogr. Univ. p.* 437.
Parmelia fulgens. *Meth. Lich. p.* 192.
Psora citrina. *Hoffm. Fl. G. p.* 165. — *Ej. Pl. Lich. T.* 48. *f.* 2.
Lichen citrinus. *Ehrh.* — *Hedv. Fl. Cr.* 2. *T.* 20. *f. c.*
Lichen fulgens. *Swartz. n. Act. Ups. V.* 4. *p.* 246.

Habitat ad terram in montibus calcariis.

β. L. bracteata: crusta granulata, granulis passim sublobatis, ambitu consimili subeffigurato; apotheciorum disco plano rubro, margine thallode elevato tenui integerrimo dilutiori.

L. fulgens α. bracteata. *Lich. Univ. p.* 438. — *Meth. Lich. p.* 193. (Parmelia)
Psora bracteata. *Hoffm. Fl. G. p.* 169.
Lichen bracteatus. *Ach. Prodr. p.* 102. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 415.

106. Lecanora chlorophana: crusta rugoso-plicata areolato-verrucosa glabra viridi-lutea, ambitu radioso-plicato lobis convexis incisis; apotheciorum disco subconcolori demum convexo flexuosoque marginem thallodem excludente.

Lecanora chlorophana. *Lichenogr. Univ. p.* 436.
Parmelia chlorophana. *Meth. Lich. in Suppl. p.* 44.
Lichen chlorophanus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 416. *T.* 28. *f.* 2.

Habitat in rupibus per alpes Lapponiæ in Lusatia et monte s:ti Bernhardi.

107. Lecanora oxytona: crusta rimosa verrucoso-areolata glabra flava, ambitu radioso-pli-

cato, laciniis convexiusculis inciso-lobatis; apotheciorum disco immerso concaviusculo rubro, margine thallode elevato rugoso crenulato persistente.

Lecanora oxytlona, *Lichenogr. Univ. p.* 436.

Habitat in alpibus Helvetiæ.

108. Lecanora callopisma: crusta subrimoso-areolata plana pallide flava subpruinosa, ambitu lobato flavissimo; laciniis dilatatis planis incisis; apotheciorum disco convexiusculo aurantio, margine thallode integro angulosoque.

Lecanora callopisma *α. Lichenogr. Univ. p.* 437.

Lichen murorum *β. major? Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 416.

Habitat in muris et saxis Galliæ, Vallesiæ, Angliæ, Lapponiæ.

*Figura thalli et loborum omniumque partium colore alio tantum a* L. murorum *recedit, ut non possumus nón quasi propriam speciem servare. Superficies nec glabra nec nitida ut in* L. chlorophana *.et* L. oxytona. *Variat etiam crusta tota eleganter flava et apotheciis aurantiacis.*

β. L. sympagea: crusta subimbricata apotheciisque aurantiis, lobis in ambitu planis. †

L. callopisma *β.* sympagea. *Lich. Univ. l. c.*

Lichen aurantius. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* II. *p.* 14.

Lichen sympagens. *Ach. Prodr. p.* 105.

Habitat in rupibus calcariis Hassiæ.

109. Lecanora circinata: crusta rimoso-areolata albo-cinerascente, ambitu radioso-plicato lineari-laciniato; apotheciis confertissimis demum angulosis, disco areolis innato plano fusco-nigro marginem thallodem subæquante.

Lecanora circinata. *Lichenogr. Univ. p.* 425.

Parmelia circinata. *Meth. Lich. p.* 189.

Lobaria radiosa. *Hoffm. Fl. G. p.* 157. — *Ej. Pl. Lich. T.* 59. *f.* 1. *T.* 60. *f.* 3. (Psora)

Lichen circinatus. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. St.* 7. *p.* 25. — *Ach. Prodr. p.* 100.

Lichen radiosus. *Hoffm. En. Lich. T.* 4 *f.* 5. — *Ach. in N. Act. Stockh. V.* 15. *p.* 189. *T.* 6. *f.* 5.

Habitat ad lapides calcarios.

110. Lecanora versicolor: crusta subrugosa inæquabili albo-virescente, ambitu subimbricato lobis planiusculis crenato-incisis obtusis; apo-

theciis confertis, disco pallide carneo demum convexo rufescente, marginem thallodem tenuem excludente.

Lecanora versicolor. *Lichenogr. Univ. p.* 426.
Parmelia versicolor. *Meth. Lich. p.* 190.
Lobaria versicolor. *Hoffm. Fl. G. p.* 157.
Lichen versicolor. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. st. 7. p.* 24.

Habitat in rupibus calcariis Germaniæ.

111. Lecanora myrrhina: crusta rimoso-areolata cinereo-plumbea, ambitu radioso-plicato subimbricato-lobato; apotheciis confertis elevatis crassis demum angulosis, disco plano nigro; humectato subfusco, marginato marginem thallodem æquante.

Lecanora myrrhina *α. et var.* β. pinacion. *Lichenogr. Univ. p.* 426.
Parmeliæ fuscatæ *var.* β. myrrhina. *Meth. Lich. p.* 189. (*exclus. synon.*)

Habitat ad saxa et rupes in Germania, Helvetia.

*Margo apotheciorum thallodes demum flexuosus sublobatusque.*

112. Lecanora melanaspis: crusta subimbricata excentrice plicato-verrucosa cinereo-glauca, ambitu lineari-laciniato multifido; apotheciorum disco demum convexo atro, margine thallode tenui integerrimo.

Lecanora melanaspis. *Lichenogr. Univ. p.* 427.
Parmelia melanaspis. *Meth. Lich. p.* 196.
Lichen melanaspis. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 421.

Habitat in saxis ad ripas fluviorum in Lapponia et Helvetia.

113. Lecanora balanina: crusta verrucoso-plicata brunneo-castanea, ambitu inciso-lobato crenato; apotheciis centralibus subimmersis, disco nigro-fusco planiusculo marginem thallodem tumidum tandem æquante.

Lichen balaninus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 426.

Habitat in saxis et rupibus marinis Finmarckiæ usque ad Nord Cap, etiam in Helvetia.

114. Lecanora molybdina: crusta rimoso-radiata umbrino-fusca, laciniis convexis linearibus subcontiguis; apotheciorum disco immer-

so concavo nigro-fusco, margine thallode tumido elevato.

Lecanora molybdina. *α. Lichenogr. Univ. p.* 430. (*exclusa var.* ... hysgina)

Parmelia molybdina. *Meth Lich. in. Suppl. p.* 42.

Lichen molybdinus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 418. *T.* 29. *f.* 1. *a. b.* c.

Habitat ad saxa juxta Mare glaciale.

*β.* L. microcyclos: crusta verrucosa nigra, radiis in ambitu planiusculis; apotheciorum margine thallode elevato, disci subimpressi ambitum subimmarginatum superante.

Lecanora ereutica *β.* microcyclos. *Lich. Univ. p.* 431.

Lichen molybdinus *β.* microcyclos. *Wahlenb. Fl. Lapp. l. c. T.* 29. *f.* 1. *f. g. h.*

Habitat in scopulis schistosis Lapponiæ. Minutula.

115. Lecanora hysgina: crusta rimoso-radiata areolata fusco-castanea, areolis convexis in ambitu lobato-crenatis; apotheciis immersis urceolatis rubris subimmarginatis.

Lecanoræ molybdinæ *var. β.* hysgina. *Lichenogr. Univ. p.* 430.

Parmelia hysgina. *Meth. Lich. in Suppl. p.* 48.

Lichen hysginus. *Wahlenb. Fl.* Lapp. *p.* 419. *T.* 27. *f.* 1.

Habitat in saxis Finmarckiæ Norvegicæ.

116. Lecanora ereutica: crusta verrucoso-plicata fusco-brunnea, ambitu radiato lineari-laciniato crenatoque; apotheciis concoloribus, disci concavi margine proprio thallodem superante.

Lecanora ereutica *α. Lichenogr. Univ. p.* 430. (*excl. var. β.* microcyclos)

Parmelia ereutica. *Meth. Lich. Suppl. p.* 43.

Lichen molybdinus *β.* ereuticus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 418. *T.* 29. *f.* 1. *d. e.*

Habitat ad rupes Finmarckiæ Norvegicæ.

*Tam crustæ quam apotheciorum conformatione et toto habitu a* L. molybdina *diversa, atque ut propria species certe consideranda.*

117. Lecanora gelida: crusta rimosa cinereo-carnea, ambitu radioso-laciniato, verruca centrali fusca radiatim rimosa; apotheciorum di-

sco depresso rubro, margine thallode crasso elevato integerrimo.

Lecanora gelida. *Lichenogr. Univ. p.* 428.
Parmelia gelida. *Meth. Lich. p.* 188.
Lichen gelidus. *Linn. Mant. p.* 135. — *Engl. Bot. T.* 699. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 415.
Lichen Heclæ. *Gunn. Fl. Norv.* — *Fl. Dan. T.* 470. *f.* 2.

Habitat ad rupes in alpibus Norvegiæ, Scotiæ, Silesiæ.

118. Lecanora Afzeliana: crusta rimoso-areolata glauco-virescente, ambitu radioso, laciniis linearibus planis; apotheciorum disco crustæ immerso concaviusculo immarginato nigro-fusco, demum margine thallode tumente cincto.

Lecanora afzeliana. *Lichenogr. Univ. p.* 429.

Habitat . . . . . *cfr. obs. in Lich. Univ. l. c.*

119. Lecanora alphoplaca: crusta crassa subimbricata plicato-rugosa bullato-verrucosa sordide alba, ambitu radioso-plicato: laciniis teretiusculis rugosis inciso-crenatis turgidis; apotheciorum disco plano-convexiusculo fusco-cæsio, margine thallode demum flexuoso subevanidoque.

Lecanora alphoplaca *α et var. β.* inflata. *Lichenogr. Univ. p.* 428.
Parmelia alphoplaca. *Meth. Lich. Suppl. p.* 41.
Lichen alphoplacus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 421.
Lichen inflatus. *Schleich. Pl. Cr. Helv. Cent.* 2. *n.* 70.

Habitat in rupibus subalpinis Lapponiæ, Helvetiæ.

120. Lecanora galactina: crusta subimbricata rugulosa sordide alba in ambitu lobato-crenata pallida; apotheciis confertis angulosisque, disco planiusculo lividi-carneo-fuscescente pruinoso, margine thallode elevato demum crenato flexuosoque.

Lecanora galactina *α. Lichenogr. Univ. p.* 424.
Parmelia galactina. *Meth. Lich. p.* 190.
Psora albescens. *Hoffm. Fl. G. p.* 165.
Lichen albescens. *Ach. Prodr. p.* 105.

Habitat in muris, saxis et rupibus calcariis.

b. dispersa: crusta dispersa granulata inæquabili subcinerascente vel nulla; apotheciis

sparsis, disco planiusculo dilute fusco-cæsio nigroque, margine thallode elevato tenui crenulato.

L. galactina *β.* dispersa. *Lich. Univ. l. c.*

Parmelia dispersa. *Meth. Lich. p.* 169. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 301.

Lichen dispersus. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. st.* 7. *p.* 27.

Lichen crenulatus. *Dicks. Cr. Br.* 3. *T.* 9. *f.* 1. — *Engl. Bot. V.* 13. *T.* 930.

Habitat cum priori (*α*) et in ejus consortio.

121. Lecanora teicholyta: crusta subcontigua granuloso-pulverulenta cinerascenti-incana, ambitu radioso-plicato lobato-crenato; apotheciis sparsis adpressis, disco concaviusculo rubro, margine thallode elevato subintegerrimo pulverulento.

Lecanora teicholyta. *Lichenogr. Univ. p.* 425.

Habitat in Gallia ad muros et lapides calcarios.

*Substantia thalli in primis a* Parmelia Clementiana, *cui similis, uti & forma apotheciorum, differt.*

122. Lecanora Caricæ: crusta subcontigua granuloso-pulverulenta incana, ambitu radioso-lobato; apotheciis adpressis, disco plano nigro cæsioque, margine thallode elevato inflexo crenulato demum flexuoso. †

Parmelia Caricæ. *Clement. Ensay. &c. in Add. p.* 302.

Habitat in Hispania ad corticem Ficus Caricæ.

*Ad* Lecanoras *nec* Parmelias *hanc a me nondum visam speciem, quam ut crustaceam describit Cel. Clemente, atque* L. teicholytæ, *uti videtur, proximam.*

††† *Thallo toto effigurato squamoso-imbricato.* (Psoroma)

123. Lecanora Ludwigii: crusta areolato-effigurata albido-flavicante, areolis sublobatis confertis subimbricatis discretisque; apotheciorum disco convexo nigro-badio, margine thallode baseos tumidulo integerrimo.

Lecanora Ludwigii. *Lichenogr. Univ. p.* 406.

Lichen Ludwigii. *Schrad. (secund. Specim.)*

Habitat ad saxa in rupibus Silesiæ.

*Primo adspectu* Lecan. argopholim *satis assimilat.*

124. Lecanora cervina: crusta areolato-effigurata squamaceo-sublobata subcastanea; apotheci-

orum disco immerso planiusculo nigro-fuscescente, margine thallode tandem prominulo.

Lecanora badia α. et var. β. discreta. Lichenogr. Univ. p. 407. (excl. synon et variett. ad Lecan. badiam relatis)

Lecan. halophaea α. et var. β. aphorisa. ibm. p. 408.

Parmelia squamulosa. Meth. Lich. p. 181. et var. β. discreta ibm. in Suppl. p. 41. — Winch. Guid. V. 2. p. 53.

Parmelia peliscypha. Wahlenb. ap. Ach. in Meth. Lich. Suppl. l. c.

Lichen cervinus. Pers. — Wahlenb. Fl. Lapp. p. 431.

Lichen squamulosus. Schrad. Journ. f. d. Bot. 1801. 1. p. 75. — Engl. Engl. Bot. V. 28. T. 2011.

Habitat in rupibus et muris, præsertim calcariis.

125. LECANORA glaucocarpa: crusta squamulosa, lobis flexuosis imbricatis discretisque livido-fuscescentibus in ambitu minoribus crenatis pallidioribus; apotheciorum disco planiusculo cæsio-pruinoso; humectato fusco-hepatico, margine thallode elevato integerrimo, flexuosoque.

Lecanora glaucocarpa. Lichenogr. Univ. p. 410.

Parmelia glaucocarpa. Meth. Lich. p. 182.

Lichen glaucocarpus. Wahlenb. in N. Act. Stockh. V. 27. p. 143. T. 4. f. 4.

Habitat ad montes calcarios in Svecia, Helvetia.

126. LECANORA Smithii: crusta squamulosa, lobis crassis rotundatis aggregato-complicatis concavis luteo-pallescentibus margine albis flexuosis repandis; apotheciis? planiusculis amplis difformibus concoloribus subimmarginatis.

Lecanora Smithii. Lichenogr. Univ. p. 410. (cum synon.)

Lecidea Smithii. Meth. Lich. p. 85.

Lichen Smithii. Ach. Prodr. p. 98.

Lichen gypsaceus. Smith. Act. Soc. Linn. Lond. V. 2. Michel. Gen. 94. Tab. 1. f. 1.

Habitat ad rupes gypsaceos Italiæ, Galliæ, Hispaniæ.

*In speciminibus a me visis apothecia aut nulla adfuerunt aut hæc thalli lobis simillima sunt.*

127. LECANORA chrysoleuca: crusta substellata demum squamulosa albido-virescente, lobis inciso-crenatis; apotheciis confertis, disco pla-

niusculo carneo-pallido subflavicante, margine thallode tenui, demum flexuoso crenato.

Lecanora chrysoleuca *α. et var. γ.* complicata. *Lichenogr. Univ. p.* 411. (*exl. var. β.* opaca)

Parmelia chrysoleuca. *Meth. Lich. p.* 183.

Lichen chrysoleucus. *Smith. in Act. Soc. Linn. Lond. V.* 1. *T.* 4. *f.* 2.

Habitat ad rupes in alpinis Helvetiæ, in Pyreneis.

*Apothecia per ætatem et mutuam pressionem complicata & difformia evadunt, thallumque fere totum obtegunt.*

128. LECANORA liparia: crusta squamulosa pallido-virescente: lobis adpresso-imbricatis flexuosis irregulariter laciniatis; apotheciis sparsis concavis concoloribus vel rubicundis, margine thallode elevato crassiusculo, demum convexis cæsio-pruinosis.

Lecanoræ rubinæ *var. γ.* liparia. *et* L. chrysoleucæ *var. β.* opaca. *Lichenogr. Univ. p.* 411 *et* 415.

Parmelia liparia. *Meth. Lich. p.* 182.

Habitat in montibus Hispaniæ, Lusatiæ, Galliæ.

*β.* L. rubina: crusta pallida; apotheciis aggregatis planis flexuosis concoloribus rubrisque, margine thallode demum sublobato crenatoque.

Lecanora rubina *α. et var. β.* heteromorpha. *Lich. Univ. p.* 412.

Parmeliæ crysoleucæ *var. β.* rubina. *Meth. Lich. p.* 183.

Squamaria rubina. *Hoffm. Pl. Lich. T.* 52. *f.* 1.

Lichen rubinus. *Lamark — Ach. Prodr. p.* 100.

Habitat ad rupes Hispaniæ, Helvetiæ inque Pyreneis.

*Potius* L. lipariæ *quam* L. chrysoleucæ *varietas, nisi hæ etiam in unam speciem confluerent, quod vix probabile est.*

*γ.* L. subolivacea: crusta subolivacea; apotheciis concoloribus planis.

Parmelia liparia *var.* olivacea. *Clemente Ensay. &c. Add. p.* 301.

Habitat in Valencia.

129. LECANORA crassa: crusta squamulosa albo fuscoque virescente, lobis imbricatis inciso-crenatis undulatis irregularibus; apotheciorum disco plano-tumente rufo-fulvo tandem fusco-nigri-

cante, margine thallode tenui integerrimo demum evanescente.

Lecanora crassa. α. Lichenogr. Univ. p. 413.
Parmelia crassa. Meth. Lich. p. 185. — Clem. Ens. &c. Add. p. 301.
Lichen crassus Huds. Fl. Angl. p. 530. — Hoffm. En. Lich. T. 19. f. 1.
Lichen cartilagineus. Lightf. Fl. Scot. — Wither.
Lichen laqueatus. Wulf. ap. Jacqu. Coll. 5. T. 5. f. 1.

Habitat supra terram in montibus.

β. L. melaloma: crusta lobis crassis rotundatis subintegris; apotheciis pallidis fuscescentibus tumentibus repandis subimmarginatis.

L. crassa β. melaloma. Lich. Univ. p. 414.
Parmelia melaloma. Meth. Lich. p. 184.
Lobaria crassiformis. Hoffm. Fl. G. p. 160.
Lichen crassus. Schrad Spicil. Fl. G. p. 91.

130. Lecanora cartilaginea: crusta squamulosa-cinereo-pallida, lobis lineari-laciniatis imbricatis; apotheciorum disco plano fulvo, margine thallode tenui demum flexuoso repando crenatoque persistente.

Lecanora cartilaginea. Lichenogr. Univ. p. 415.
Parmelia cartilaginea. Meth. Lich. p. 184.
Lichen cartilagineus. Ach. in N. Act. Stockh. V. 16. T. 5. f. 4.

Habitat in montibus Sveciæ.

131. Lecanora tribacia: crusta squamulosa albo-incana, lobis irregularibus difformibus eroso-crenulatis imbricatis, subtus concoloribus subfibrillosis; apotheciis adpressis, disco plano pallido in ambitu demum crenato lobatoque, margine thallode elevato persistente.

Lecanora tribacia. Lichenogr. Univ. p. 415.

Habitat in saxis et ad truncos arborum in Helvetia, Anglia.

132. Lecanora virella: crusta sub squamulosa cinereo-viridi tandem granulato-pulverulenta, lobis repando-laciniatis undulatis, marginibus eroso-irregularibus; apotheciorum disco plano fusco-nigro, margine thallode elevato crasso integerrimo.

Lecanora virella. Lichenogr. Univ. p. 414.
Parmelia virella. Meth. Lich. p. 201.
Lichen virellus. Ach. Prodr. p. 108.

Habitat supra saxa in Svecia.

133. Lecanora candelaria: crusta squamulosa flava, lobis confertissimis lacero-laciniatis imbricatis, marginibus pulveraceo-granulatis; apotheciis planiusculis concoloribus, margine thallode elevato integerrimo.

α. Lecanora candelaria α. *Lichenogr. Univ. p.* 416.
Parmelia candelaria. *Meth. Lich. p.* 187. — *Westr. Sv. Lafv. Färg. hist.* 1. *T.* 5. *f. A.*
Lichen candelarius. *Linn. Fl. Sv. n.* 1069. — *Engl. Bot. V.* 25. *T.* 1794. — *Lightf. fl. Scot. p.* 811. — *var.* γ. subcrustaceus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 435.
Lichen concolor. *Dicks Cr. Br.* 3. *p.* 18. *T.* 9. *f.* 8.
Habitat ad corticem in arborum truncis, in parietibus ligneis, saxis et muris.

β. L. polycarpa: crusta e lobis conglomerato-granulatis citrinis composita; apotheciis confertis flexuosis, disco plano dilatato concolori demum fulvo, margine thallode tandem crenulato.

L. candelaria β. polycarpa. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. l. c.* (Parmelia) *Westr. l. c. f. B.*
Parmelia citrinæ *var.* β. fulva. *Meth. Lich. p.* 179.
Verrucaria fulva. *Hoffm. Fl. G. p.* 193.
Lichen polycarpus. *Ehrh. Pl. Cr. Dec.* 14. *n.* 136.
Habitat in lignis vetustis et truncis arborum.

γ. L. substellata: crusta substellata, lobis imbricatis lacero-laciniatis margine pulverulentis citrino-fulvis; apotheciis planiusculis marginatis integerrimis concoloribus.

Lecan. candelaria γ. substellaris. *Lich. Univ. p.* 417. — *Westr. l. c. f. C.*
*Apotheciis constanter convexo-planis, lobis laceris et margine pulverulentis a* Parmelia rutilante *perquam diversa videtur.*

δ. L. lychnea: crusta lobato-granulata pulvinata, citrino-fulva; apotheciorum disco convexo aurantio marginem thallodem subcrenulatum tandem excludente.

L. candelaria δ. lychnea. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. p.* 187. (Parmelia) — *Westr. l. c. f. D.*

ε. L. finmarkica: crusta flavissima, laciniis

erectis multifido-ramulosis laceris; apotheciis terminalibus concoloribus †

Lichen candelarius. *Wahlenb Fl. Lapp. p.* 435.

Habitat in saxis prope Littora maris Nordlandiæ.

134. Lecanora hypnorum: crusta squamulosa flavo-fusco rutilante, lobis minutis subrotundo difformibus margine granulato-crenulatis; apotheciis submembranaceis, disco concavo demum plano dilatato badio nigroque, margine thallode elevato inflexo crenato.

Lecanora lepidora *α. et var.* deaurata. *Lichenogr. Univ. p.* 418.

Parmelia lepidora. *Meth. Lich. p.* 185.

Psora hypnorum. *Hoffm. Fl. G. p.* 166. — *Ej. Pl. Lich. T.* 63. *f.* 4-7.

Lichen hypnorum. *Fl. Dan. T.* 956. — *Engl. Bot. V.* 11. *T.* 740. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 420.

Habitat ad terram et supra muscos putrefactos.

135. Lecanora muscorum: crusta squamulosa livido-fuscescente, lobis irregulariter profundeque lacero-laciniatis; apotheciis crassis, disco plano obscure rufo-nigricante marginem thallodem integerrimum demum subevanescentem æquante.

Lecanora hypnorum. *Lichenogr. Univ. p.* 417. (*excl. syn. Fl. Dan.*)

Parmelia hypnorum. *Meth. Lich. p.* 185.

Lichen hypnorum. *Ach. Prodr. p.* 93. (*excl. synon.*)

Lichen carnosus. *Dicks. Pl. Cr. Br.* 2. *p.* 21. *T.* 6. *f.* 7. (*secundum specimina vera*) — *Engl. Bot. V.* 24. *T.* 1684.

Habitat inter et supra muscos subputridos.

*Hæc nostra species figura thalli et natura apotheciorum certe distinctissima a* Lecan. hypnorum, *quod contra assertionem Cl. Wahlenb. in Fl. Lapp. p.* 420. *observandum. Nomen triviale mutare debui ne ulterius cum priori confundatur, cujus novius nomen* lepidora, *antiquiori cedere debuit.*

136. Lecanora brunnea: crusta imbricata granulato-lobata cinereo-hepatica; apotheciis crustæ innatis confertissimis difformibus, disco convexiusculo rufo-fusco, margine thallode elevato crenulato persistente.

Lecanora brunnea *α. et var.* nebulosa. *Lichenogr. Univ. p.* 419.

Parmelia brunnea *α.* *et var.* nebulosa. *Meth. Lich.* *p.* 186.

Psora nebulosa *et* P. brunnea. *Hoffm. Fl. G. p.* 166. — *Ej. Pl.* *Lich. T.* 40. *f.* 1. (Patellaria)

Lichen brunneus. *Swartz in N. Act. Ups. V.* 4. *p.* 247. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 420. — *Engl. Bot. V.* 18. *T.* 1246.

Lichen multiflorus. *Ehrh. Pl. Cr. Dec.* 16. *n.* 156.

Lichen pezizoides. *Weber.* — *Dicks. Pl. Cr. Br.* 1. *p.* 10. *T.* 11. *f.* 4.

Habitat ad terram et supra muscos putrefactos.

*β.* L. coronata: crusta granulata subimbricata cinerea; apotheciis minutis sparsis, disco fusco-rufescente demum convexo nigroque, margine thallode granulato. †

L. brunnea *γ.* coronata. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. l. c.* (Parmelia)

Verrucaria coronata. *Hoffm. Fl. G. p.* 175. — *Ej. Pl. Lich. T.* 56. *f.* 1. (Psora)

Lichen coronatus. *Ach. Prodr. p.* 75.

Habitat ad terram in rupibus Germaniæ.

137. Lecanora leucolepis: crusta imbricata albo-glaucescente, lobis minutis adpressis incisis; apotheciorum disco plano nigro, margine thallode elevato demum crenato.

Lecanora grisea? *Lichenogr. Univ. p.* 421. — *Meth. Lich. p.* 188. (Parmelia)

Psora grisea? *Hoffm. Fl. G. p.* 167.

Lichen leucolepis. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 420.

Habitat supra muscos putrefactos, locis turfosis et ad rupes inferalpinos.

138. Lecanora similaris: crusta subimbricata glebulosa alba, lobis aggregatis convexis; apotheciis marginatis concoloribus. †

Lecanora similaris. *Lichenogr. Univ. p.* 421. — *Meth. Lich. p.* 188. (Parmelia)

Psora similaris. *Hoffm. Fl. G. p.* 163.

Lichen similaris. *Ach. Prodr. p.* 99.

Habitat ad terram locis montosis inque lignis Germaniæ.

139. Lecanora palmulata: crusta imbricata subteriti-laciniosa subolivacea, lacinulis passim subpalmatis; apotheciorum disco immerso concaviusculo castaneo. †

Lecanora palmulata. *Lichenogr. Univ. p.* 421.

Psoroma palmulata. *Michaux. Fl. Bor. Amer.* 2. *p.* 321.

Habitat ad truncos arborum in montibus Carolinæ.

*An hujus vel* Parmeliæ *species judicent autoptæ.*

---

## XXIII. PARMELIA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 89. Tab. VIII. F. 9-13.

Receptaculum universale foliaceum coriaceo-submembranaceum plano-expansum adpreſsum orbiculatum stellatimque lobatum vel multifido-laciniatum, subtus fibrillosum. Partiale, scutelliforme submembranaceum, subtus a thallo formatum liberum, puncto centrali eidem affixum. Lamina proligera, Discum efformans concava colorata, apothecium totum supra tegens, intus similaris subcellulifera striataque, cum margine thallode circumcirca inflexa.

---

† *Thalli laciniis omnibus apice æqualibus* (Circinaria.)

1. Parmelia glomulifera: thallo cartilagineo rigido orbiculari livido lævigato, pulvinulis atroviridibus adsperso, subtus albo-ochraceo tomentoso, lobis sinuato-laciniatis: lacinulis angulatis emarginatisque; apotheciis rufo-spadiceis, margine rugoso.

Parmelia glomulifera. *Lichenogr. Univ. p.* 456. — *Meth. Lich. p.* 218.
Lobaria glomulifera. *Hoff. Fl. G. p.* 148.
Lichen glomuliferus. *Lightf. Fl. Scot. p.* 865. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 430.
Lichen mutabilis. *Ehrh. Pl. Cr. Dec.* 5. *n.* 50.
*Dill. Hist. Musc. T.* 26. *f.* 99. — *Mich. Gen. T.* 46.

Habitat ad radices et truncos arborum.

2. Parmelia galbina: thallo orbiculari lævigato cinerascente ad ambitum cyaneo-plumbeo nigro-punctato, subtus atro hispido fibrilloso-ſpongioso, lobis imbricatis planis sinuoso-laci-

niatis crenatis; apotheciis centralibus concavis atro-purpureis nitidis, margine integerrimo.

Habitat in America Septentr. ad ligna vetusta.

3. Parmelia placorodia: thallo orbiculari lævigato livido-pallescente punctis elevatis nigris adsperso, subtus glabro rugoso lacteo fissuris cinereo-nigricantibus, laciniis plicatis concretis apice rotundatis crispis crenatis; apotheciis sparsis elevatis dilute fuscis margine inflexo rugoso-crenato suboccluso.

Habitat in America Septentr. ad ligna demortua.

*Habitu proprio ad* Parm. physodis *var.* platyphyllam *accedente probe dignoscitur hæc species, cum* Parm. conspersa *minime confundenda.*

4. Parmelia crinita: thallo orbiculari ex albo pallescenti glauco granis ramulisque coralloideis adspersis scabro. subtus atro glabro rugosiusculo rarius fibrilloso, laciniis longiusculis margine sinuato-lobatis eroso-crenatis ciliatis apice obtusis.

Habitat in America Septentrionali.

*Apothecia in speciminibus a me visis nulla adfuerunt.*

5. Parmelia caperata: thallo orbiculari pallide-flavo-virescente rugoso demum granulato, subtus atro hispido, lobis plicatis sinuato laciniatis rotundatis integriusculis; apotheciis sparsis subfuscis: margine incurvo integro tandem pulverulento.

Parmelia caperata α. *Lichenogr. Univ. p.* 457. — *Meth. Lich. p.* 216. *Clem. Ens. &c. Add. p.* 305.
Lobaria Caperata. *Hoffm Fl. G. p.* 148. — *Ej. Pl. Lich. T.* 38. *f.* 1. *T.* 39 *f.* 1 *T.* 42. *f.* 1. (Platisma)
Lichen caperatus *Linn. et Auctor.* — *Jacqu. Coll.* 4. *T.* 20. *f.* 1. — *Engl Bot. T.* 654 — *Hoffm. En. Lich. T.* 19. *f.* 2. *T.* 20. *f.* 2.

Habitat ad saxa et arborum truncos.

b. cylisphora: thallo pallide flavo-virescente subrugoso lævigato nudo, subtus atro hispido, lobis rotundatis inciso-crenatis; apotheciis loborum centralium marginalibus elevatis parvis, disco carneo a margine plicato-rugoso glabro inflexo suboccluso.

Habitat ad ligna vetusta in Amer. Septentr.

*Ob habitum consilem cum P. caperata ut speciem propriam proponere non ausus sum. Forte ejus status junior non perfecte explicatus.*

6. PARMELIA rudecta: thallo orbiculari cinereo-pallido-viresoente granulis apophysibusque coralloideis creberrimis concoloribus obsesso, subtus sordide albo ruguloso fibrilloso, laciniis concretis undulato-plicatis periphericis rotundatis lacero-crenatis; apotheciis sparsis parvis obscure fuscis, margine tenui demum rugoso-crenato.

Habitat in Amer. Septentr. ad ligna vetusta.

β. P. ulophylla: thallo pallido-virenti nudo subrugoso, lobis complicato-flexuosis marginibus elevatis crispis pulverulentis.

Parm. caperatæ *var.* β ulophylla. *Lich. Univ. p.* 458.

Habitat in truncis arborum Helvetiæ.

*Ad* P. rudectam *retuli, cum qua affinitatem majorem quam cum* P. caperata *habere videtur.*

7. PARMELIA Borreri: thallo orbiculari cinereo, sorediis griseis marginatis adsperso, subtus fuscescente spongioso-fibrilloso, lobis concretis plicatis, periphericis rotundatis inciso-crenatis; apotheciis rubris, margine tumido incurvo.

Parmelia Borreri. *Lichenogr. Univ. p.* 461. — *Turn. in Act. Soc.* Linn. *Lond. V.* 9. *p.* 148. *T.* 13. *f.* 2.

Habitat in Anglia ad corticem arborum.

8. PARMELIA scortea: thallo orbiculari subcoriaceo albo glabro tenuissime nigro-punctato, subtus atro-fibrilloso hispido, lobis longiusculis sinuato-crenatis incisis; apotheciis rufofuscis, margine subintegerrimo.

Parmelia scortea. Lichenogr. *Univ. p.* 461. — *Meth. Lich. p.* 215 *Clem. Ens. Add. p.* 303.

Lichen scorteus. *Ach. Prodr. p.* 119.

Habitat in saxis et arborum truncis Europæ et Amer. sept.

9. PARMELIA perlata: thallo orbiculari albo-glauco subvirescente nudo, subtus fusco-nigricante nudiusculo villosoque, lobis rotundatis incisis planis margine subplicatis integerrimis; apotheciis rubris, margine tenui integerrimo.

Parmelia perlata *α*. *Lichenogr. Univ. p.* 458. — *Meth. Lich. p.* 216.
Lichen perlatus. *Linn.* — *Jacqu. Coll.* 4. *T.* 10. — *Dill. H. M. T.* 20. *f.* 59. *A. C. D.* — *Vaill. Paris. T.* 21. *f.* 22.

Habitat ad caudices arborum in Helvetia, Hispania, Ind. occid.

*β*. P. olivetorum: thallo subcoriaceo cinereo-virescente, subtus atro subnudo, loborum marginibus elevatis crispis incrassatis verrucosis albo-pulverulentis.

P. perlata *β*. olivetorum. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. p.* 217. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 303.

Habitat in olevetis et rupibus Europæ aust.

10. PARMELIA perforata: thallo orbiculari glauco-virescente nudo, subtus nigro-fibrilloso, lobis rotundatis incisis planis margine subplicatis crenatis ciliatis; apotheciis rufis, demum perforatis, margine integerrimo.

Parmelia perforata. *Lichenogr. Univ. p.* 459. — *Meth. Lich. p.* 217. — *Clem. Ensay. &c. Add. p.* 303.
Platisma perforatum. *Hoffm. Pl. Lich. T.* 13. *f.* 1.
Lichen perforatus. *Jacqu. Coll.* 1. *p.* 116. *T.* 4. — *Swartz. Fl. Ind. Occ.* 3. *p.* 1905.
Lichen melanoleucos. *Willd. Bot. Mag.* 4. *p.* 9. *T.* 1. *f.* 2.

Habitat ad arborum truncos in Europa austr. India Occid. America et Africa.

11. PARMELIA cetrata: thallo suborbiculari helvolo-pallescente nudo, subtus nigro hispido, lobis sinuato-laciniatis pedatis subangustis apice latioribus inciso-crenatis rotundatis, ultimis retusis subciliatis; apotheciis demum dilatatis planis maximis fusco-atris imperforatis.

Habitat ad corticem arborum in America septentr.

*Vix varietas* P. perforatæ, *nam colore et conformatione loborum thalli ab ea admodum differt.*

12. PARMELIA herbacea: thallo orbiculari membranaceo-herbaceo nudo, subtus pallido fusco-subtomentoso, lobis sinuato-incisis rotundato-laciniatis repandis subcrenatis; apotheciis rufis, margine inflexo rugoso-crenato.

Parmelia herbacea. *Lichenogr. Univ. p.* 459. (*excl. synon. Ehrh.*) — *Meth. Lich. p.* 218.

Lichen herbaceus. *Huds. Fl. Angl. p.* 544. — *Fl. Dan.* V. 7. T. 1124.
Lobaria herbacea. *Hoffm. Fl. G. p.* 147. — *Ej. Pl. Lich.* T. 10. *f.* 2. (Pulmonaria)
Habitat in truncis arborum saxisque inter muscos.

13. PARMELIA Azaleæ: thallo coriaceo sordide virescente crispo, verrucis? confluentibus nigris. †
Parmelia Azaleæ. *Lichenogr. Univ. p.* 464. — *Meth. Lich. p.* 221.
Lichen azaleæ. *Schrank. Prim. Salisb. p.* 235.
Habitat in Azalea procumbente Germaniæ.

14. PARMELIA tiliacea: thallo orbiculari membranaceo glauco-cinerascente subpruinoso, subtus fusco-nigricante, fibrillis nigris, lobis sinuato-laciniatis, ultimis rotundatis crenatis; apotheciis subfuscis, margine subintegerrimo.
Parmelia tiliacea. *Lichenogr. Univ. p.* 460. — *Meth. Lich. p.* 215. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 303.
Lobaria tiliacea. *Hoffm. Fl. G. p.* 149.
Lichen tiliaceus. *Hoffm. En. Lich. p.* 96. *T.* 16. *f.* 2. — *Engl. Bot. V.* 10. *T.* 700.
Lichen quercinus *Willd. Fl. Berol. T.* 7. *f.* 13.
Lichen quercifolius. *Wulf. ap. Jacqu. Coll.* 3. *p.* 127. *T.* 9. *f.* 2.
Habitat supra corticem ad truncos arborum.

15. PARMELIA submarginalis: thallo membranaceo læviusculo cinerascente, subtus aterrimo ad periferiam fuscescente; apotheciis submarginalibus concavis fuscis extus rugulosis, margine simplici. †
Parmelia submarginalis. *Lichenogr. Univ. p.* 464.
Lobaria submarginalis. *Michaux. Fl. Bor. Amer. p.* 325.
Habitat ad truncos arborum in Canada et Carolina.

16. PARMELIA corrugata: thallo orbiculari membranaceo tenuissime rugoso glauco-virescente, subtus nigro-fusco fibrilloso, lobis incisis rotundatis laxis plicato-flexuosis integerrimis; apotheciis amplis flexuosis rufis, margine crenulato.
Parmelia corrugata. *Lichenogr. Univ. p.* 462. — *Meth. Lich. p.* 215.
Lichen corrugatus. *Smith. Act. Soc. Linn. Lond.* 1. *p.* 85. — *Ach. Prodr. p.* 122.

Lichen acetabulum. *Neck. Delic. & Meth.* — *Hoffm. En. Lich. T.* 18. *f.* 2. — *Wulf. ap. Jacqu. Coll.* 3. *T.* 9. *f.* 1.
Lobaria acetabulum. *Hoffm. Fl. G. p.* 147.
Habitat in cortice ad truncos vetustos arborum.

17. Parmelia olivacea: thallo orbiculari olivaceo-umbrino ruguloso elevato-punctato, subtus pallidiori fuscescente scabro subfibrilloso, lobis radiantibus adpressis planis dilatatis rotundatis crenatis; apotheciis planiusculis subconcoloribus, margine crenulato.

Parmelia olivacea α. et var. ε. aspidota, *Lichenogr. Univ. p.* 462, 463. (*excl. var.* γ. prolixa.) — *Meth. Lich. p.* 213. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 302.
Lobaria olivacea. *Hoffm. Fl. G. p.* 150.
Lichen olivaceus. *Linn. et Auctor.* — *Hoffm. En. Lich. T.* 13. *f.* 3. 5. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 430.
Habitat ad truncos arborum & sæpimenta lignea.
*Variat colore pallide-olivaceo atque laciniis sublacunosis paullo angustioribus, apotheciisque per ætatem confertis amplis flexuosis rufescentibus.*

18. Parmelia parietina: thallo orbiculari flavissimo, subtus pallidiori subfibrilloso, lobis radiantibus adpressis planis apice dilatatis rotundatis crenatis crispis; apotheciis concoloribus, margine integerrimo.

Parmelia parietina α. *Lichenogr. Univ. p.* 463. (*excl. var.* β. ectanea.) *Meth. Lich. p.* 213. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 302.
Lobaria parietina. *Hoffm. Fl. G. p.* 150.
Lichen parietinus. *Linn. Fl. Sv. n.* 1080. — *Hoffm. En. Lich. T.* 18. *f.* 1. — *Engl. Bot. T.* 194. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 430.
Habitat ad parietes, truncos arborum et saxa.

19. Parmelia elæina: thallo orbiculari submembranaceo contiguo plicato-radioso umbrino-olivaceo in ambitu inciso crenato lobulis planis subtruncatis; apotheciis umbrino-nigris, margine integerrimo.

Parmelia elæina. *Wahlenb. ap. Ach. in Meth. Lich. Suppl. p.* 45.
Lecanora elæina. *Lichenogr. Univ. p.* 429.
Lichen elæinus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 405. *T.* 28. *f.* 3.
Habitat in saxis ad latera alpium Lapponicarum.

20. Parmelia pityrea: thallo orbiculari cinereo pulverulento, subtus albo fibrillis nigris, laciniis centralibus plicatis eroso-crispis, margine pulverulentis, periphericis planis rotundatis crenatis pruinosis; apotheciis concavis nigro-fuscis pruinosis, margine integerrimo.
Parmelia pityrea. *Lichenogr. Univ. p.* 483.
Lobaria pulveracea. *Hoffm. Fl. G. p.* 158.
Lichen pityreus. *Ach. Prodr. p.* 124. — *Engl. Bot. V.* 29. *T.* 2064.
Lichen lanuginosus. *Hoffm. En. Lich. p.* 82. *T.* 10. *f.* 4.
Habitat ad corticem in truncis arborum.

21. Parmelia clementiana: thallo orbiculari albo-canescente granuloso-pulverulento, subtus concolori fibrillis obsoletis nigricantibus, laciniis periphericis planis incisis crenatis nudiusculis; apotheciis adpressis planis fusco-nigris, margine integerrimo.
Parmelia Clementiana. *Lichenogr. Univ. p.* 485. — *Turn. in Act. Soc. Linn. Lond. V.* 9. *p.* 146. *T.* 13. *f.* 1.
Habitat in cortice truncorum Quercus, in Anglia, Gallia, Hispania.

22. Parmelia cineritia: thallo orbiculari cinereo supra molli pruinoso granulis globosis ramulisque coralloideis obsesso, subtus nigro fixuris cinereis, laciniis periphericis rotundato-lobatis integerrimis.
Habitat in Ins. St. Domingo.
*Similitus multa cum* P. Clementiana *a qua tamen differt granulis thalli globosis et excrescentiis ramulosis superficiei, lobis periphericis latioribus rotundatis subtusque nigris nec fibrillosis. Satius igitur duxi ut speciem propriam distinguere, quamvis de apotheciorum structura et colore adhuc nihil mihi notum sit.*

23. Parmelia lanuginosa: thallo orbiculari albo-subsulphureo pulverulento, subtus nigro-cærulescente tomentoso, lobis imbricatis planis rotundatis tenuissime crenatis; apotheciis rufis, margine pulverulento.
Parmelia lanuginosa. *Lichenogr. Univ. p.* 465. (*exclus. synon. Hoffm.*) — *Meth. Lich. p.* 207. (*exclus. synon. ad* P. pityream *referendis.*)
Lichen lanuginosus. *Ach. Prodr. p.* 120. — *Schrad. Journ. f. d. Bot.* 1801. *st.* 1. *p.* 76.

Lichen membranaceus. *Dicks. Pl. Cr. Br.* 2. p. 21. T. 6. f. 1.

Habitat ad terram et muscos in montibus locis humidis et umbrosis.

24. Parmelia plumbea: thallo orbiculari livido-plumbeo, subtus cærulescenti spongioso-tomentoso, laciniis periphericis planiusculis plicatis radiantibus rotundatis inciso-crenatis; apotheciis sparsis demum convexis fuscis, margine subconcolori integerrimo.

Parmelia plumbea. *Lichenogr Univ.* p. 466. — *Meth. Lich.* p. 212. — *Clem. Ens. &c. Add.* p. 302.

Lichen plumbeus. *Lightf. Fl. Scot.* p. 826. T. 26 — *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 425.

Habitat ad truncos arborum rariusque in rupibus.

25. Parmelia rubiginosa: thallo orbiculari livido-plumbeo, subtus tomentoso-spongioso cæruleo-nigricante, laciniis periphericis inciso-lobatis planiusculis marginibus subelevatis crenulatisque; apotheciis planis confertis centralibus rufo-fuscis, margine crenulato.

Parmelia rubiginosa. *Lichenogr. Univ.* p. 467. — *Meth. Lich.* p. 212.

Parmelia affinis *Meth. Lich. ibm.*

Lichen rubiginosus. *Thunb. Pr. Fl. Cap.* p. 176. — *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 424.

Lichen affinis. *Dicks. Pl. Cr. Br.* 4. p. 24. T. 12. f. 6. — *Engl. Bot. V.* 14. T. 983.

Habitat in cortice arborum Europæ et Africæ.

26. Parmelia pannosa: thallo orbiculari cinereo-fusco-virescente, subtus nigro-tomentoso, laciniis planis connatis imbricatis ultimis multifidis angustis marginibus subelevatis; apotheciis demum convexis fuscis nigricantibus, margine integerrimo tandem concolori, subevanescente.

Parmelia pannosa. *Lichenogr. Univ.* p. 465.

Lecidea pannosa. *Meth. Lich.* p. 84.

Lichen pannosus. *Swartz. Fl. Ind. Occid.* 3. p. 1888.

Habitat in Jamaica ad corticem arborum.

27. Parmelia pellita: thallo orbiculari nudo glabro glauco-cinerascente, subtus atro-tomentoso, laciniis imbricatis planis lacero-laciniatis subpalmatis, marginibus subelevatis granulatisque.

Parmelia pellita. *Lichenogr. Univ. p.* 468.

Habitat in India Occid. ad truncos arborum.

*Apothecia ignota, sed species valde distincta.*

28. PARMELIA hispidula: thallo orbiculari lævigato plumbeo-virescente, subtus fibrillis rigidis nigris hispido, laciniis planis flexuosis irregulariter lobato-crenatis imbricatis, marginibus adscendentibus subcrispis passimque granuloso-pulverulentis.

Parmelia hispidula. *Lichenogr. Univ. p.* 468.

Habitat supra muscos destructos in Helvetia.

*Species satis distincta videtur licet apothecia nondum cognita sunt.*

29. PARMELIA setosa: thallo stellato albo-glaucescente, subtus e fibrillis complicatis ramosis hispidis atris pannoso, laciniis multifidis linearibus discretis planis, marginibus passim sorediferis densissime longeque ciliatis.

Habitat in America septentrionali.

*Toto habitu et forma laciniarum ab antecedentibus diversa.* Parm. pulverulentæ *var.* angustatam *quoad habitum laciniarum assimilat. Apothecia ignota.*

30. PARMELIA omphalodes: thallo orbiculari æruginoso-fusco-nigricante nitido nigro-punctato, subtus atro fibrilloso, laciniis sinuato-multifidis linearibus planis subtruncatis, in ambitu rotundatis crenatis; apotheciis badiis, margine subcrenato.

Parmelia omphalodes. *Lichenogr. Univ.* p. 469. — *Meth. Lich. p.* 204. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 302.

Lobaria omphalodes. *Hoffm. Fl. G. p.* 145.

Lichen omphalodes. *Linn. Fl. Sv. n.* 1075. — *Westr. Sv. Lafv. Färg-hist. Tab.* 7. — *Engl. Bot. V.* 9. *T.* 604. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 428.

Habitat in saxis et rupibus.

b. panniformis: thallo irregulariter expanso, laciniis brevibus squamatim imbricatis erectiusculis stipatissimis cinerascentibus.

Parmelia omphalodes *β.* panniformis. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth.* Lich. *l. c.*

Lichen omphalodes. *Wulf. ap. Jacqu. Coll.* 2. *T.* 15. *f.* 2. *a, b.* — *Westr. l. c. T.* 7. *f. b.*

31. PARMELIA saxatilis: thallo orbiculari cinerascente scabriusculo lacunoso-reticulato, subtus nigro fibrilloso, laciniis imbricatis sinuato-

lobatis planis subretusis dilatatisque rotundatis; apotheciis badiis, margine crenulato.

Parmelia saxatilis α. et var. β. rosæformis. *Lichenogr. Univ.* p. 469, 470. — *Meth. Lich.* p. 204. — *Clem. Ens. &c. Add.* p. 302.

Lobaria saxatilis. *Hoffm. Fl. G.* p. 145.

Lichen saxatilis. *Linn. Fl. Sv.* n. 1075. — *Lightf. Fl. Scot.* p. 816. — *Hoffm. Enum. Lich.* p. 83. T. 15. f. 1. T. 16 f. 1. — *Engl. Bot. V.* 9. T. 603. — *Jacqu. Coll.* 4. T. 20. f. 2. — *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 428.

Habitat ad saxa inque truncis arborum.

32. Parmelia fahlunensis: thallo orbiculari nigro-piceo lævigato, subtus atro inæquabili subfibrilloso, laciniis sinuato-multifidis digitato-divergentibus planiusculo-subcanaliculatis marginibus elevatis lacero granulatis; apotheciis æneo-fuscis, margine granulato.

Parmelia fahlunensis. *Lichenogr. Univ.* p. 470. — *Meth. Lich. et var.* β. hepatizon. *ibm.* p. 203.

Lobaria fahlunensis. *Hoffm. Fl. G.* p. 154. — *Ej. Pl. Lich* T. 36. f. 2. (Squamaria)

Lichen fahlunensis. *Linn. Fl. Sv.* n. 1078. — *Hoffm. En. Lich* T. 17. f. 2. — *Jacqu. Misc.* 2. T. 10. f. 2. — *Engl. Bot. V.* 10. T. 653. *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 427.

Habitat in saxis et rupibus.

β. P. sciastra: thallo stellato fusco-atro opaco, subtus aterrimo fibrilloso, laciniis linearibus planis; apotheciis subconcoloribus, margine integerrimo.

Parmelia sciastra. *Lich. Univ.* p. 471. — *Meth. Lich. in Suppl.* p. 49.

Lichen fahlunensis β. sciastrus. *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 428.

*Forsan tantum varietas* P. fahlunensis.

33. Parmelia pusilla: thallo orbiculari atro opaco rugosiusculo, subtus concolori fibrilloso, laciniis subdiscretis solitariisque irregularibus planis, marginibus lacero-dentatis ciliatisque.

Parmelia pusilla. *Lichenogr. Univ.* p. 472.

Habitat in Gallia ad truncos Populi.

*Species pygmea, a* P. sciastra *uti videtur distincta, sed apothecia ignota.*

34. Parmelia stygia: thallo stellato castaneo-

piceo nitido, subtus piceo inæquabili subnudo, laciniis sublinearibus multifido-subpalmatis convexis, marginibus apiceque recurvis; apotheciis concoloribus demum atris, margine crenato.

Parmelia stygia. *Lichenogr. Univ. p.* 471. — *Meth. Lich. p.* 203.
Lobaria stygia. *Hoffm. Fl. G. p.* 154. — *Ej. Pl. Lich. T.* 25. *f* 2. (Squamaria)
Lichen stygius. *Linn. Fl. Sv. n.* 1097. — *Hoffm. En. L. T.* 14. *f.* 2. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 427.

Habitat ad saxa et montes.

b. sorediata: thallo irregulariter expanso subopaco nigro, laciniis tortuoso-complicatis lacero-laciniatis, sorediis albis adsperso.

Parm. stygia *β. sorediata. Lich. Univ. l. c.*

35. Parmelia aquila: thallo orbiculari fusco-castaneo, subtus pallidiori nigro-fibrilloso, laciniis multipartitis sublinearibus convexis, periphericis dilatatis planiusculis crenatis; apotheciis fusco-nigris, margine crenulato.

Parmelia aquila. *α. Lichenogr. Univ. p.* 488. — *Meth. Lich. p.* 201. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 302.
Lichen aquilus. *Ach. Prodr. p.* 109. — *Engl. Bot. V.* 14. *T.* 982. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 426.
Lichen pullus. *Lightf. Fl. Scot. p.* 825.
*Dill. H. M. T.* 24. *f.* 69. — *Mich. Gen. T.* 51. *f.* 6.

Habitat supra saxa et in montibus præprimis maritimis.

b. crossophylla: thallo olivaceo-pallido, laciniis imbricatis latioribus crassis convexiusculis incisis, marginibus subgranulatis; apotheciis nigris subcæsiisque.

P. aquilla *β.* crossophylla. *Lichenogr. Univ. p.* 488.
P. crossophylla. *Wahlenb. ap. Ach. in Meth. Lich. Suppl. p.* 48.

Habitat in saxis & rupibus versus Mare glaciale.

c. stippæa: thallo fusco-umbrino, laciniis tenuissimis eroso-ramosis confertissimis brevibus densissime imbricatis; apotheciorum disco planiusculo glabro badio.

P. aquila *γ.* stippæa. *Lich. Univ. p.* 489. — *Meth. Lich. p.* 202.

36. Parmelia Michauxii: thallo subolivaceo nitidulo, laciniis convexis sinuato-lobatis apice dilatatis: apotheciis castaneo-fuscis. †

Parmelia Michauxii. *Lichenogr. Univ. p.* 492.
Imbricaria convexiuscula. *Michaux. Fl. Bor. Am. p.* 322

Habitat in saxis Canadæ.

37. Parmelia pulla: thallo substellato obscure fusco-olivaceo, subtus nigro, utrimque rugosiusculo nudo subnitido, laciniis multipartitis angustis imbricatis flexuosis plicatis; apotheciis badiis margine integerrimo.

Parmeliæ olivaceæ *var.* β. prolixa. *Lichenogr. Univ. p.* 463. — *Meth. Lich. p.* 214.
Lichen pullus. *Schreb. Spicil. Fl. G. p.* 131.

Habitat ad saxa locis montosis sylvaticis.

38. Parmelia encausta: thallo stellato pallido-griseo, subtus nigro inæquabili nudiusculo, laciniis compaginatis convexo-subteretibus linearibus multifidis rugosiusculis nigro-punctatis; apotheciis castaneis, margine subcrenulato.

Parmelia encausta. α. *Lichenogr. Univ. p.* 489. — *Meth. Lich. p.* 202.
Lobaria pulla? *Hoffm. Fl. G. p.* 154. — *Ej. Pl. Lich. T.* 32. *f.* 2. (Squamaria)
Lichen encaustus. *Smith. in Act. Soc. Linn. Lond. V.* 1. *T.* 24. *f.* 6. — *Westr. Sv. Lafv. Färg-hist. Tab.* 19. — *Engl. Bot. V.* 29. *T.* 2049. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 427.
Lichen multipunctus. *Ehrh. Pl. Cr. Dec.* 31. *n.* 305.

Habitat ad rupes locis alpinis.

b. textilis: thalli laciniis tenuissimis filiformibus ramosis attenuatis imbricatis complicatisque cinereo-nigrescentibus.

P. encausta β. textilis. *Lich. Univ. p.* 490.

c. candefacta: thalli laciniis teretibus ramosis glabris flexuosis complicatis in cæspitem pulvinatum congestis albis, apicibus obtusis fuscescentibus.

P. encausta γ. candefacta. *Lich. Univ. l. c.*

39. Parmelia recurva: thallo stellato pallido subvirescente soredifero, subtus nigro-fibrilloso-spongioso, laciniis periphericis multifidis angustissimis convexo-subteretibus; apotheciis rufo-fuscis, margine subintegerrimo.

Parmelia recurva. *Lichenogr. Univ. p.* 490. — *Meth. Lich. p.* 201.
Lichen incurvus. *Pers. ap. Uster. in Ann. d. Bot. st.* 7. *p.* 24.
Lichen multifidus. *Dicks. Pl. Cr. Br.* 3. *p.* 16. *T.* 9. *f.* 7.
Habitat in saxis & montibus.

40. Parmelia albinea: thallo stellato albo-canescente læviusculo, subtus albo fibrillis concoloribus, laciniis sublinearibus convexis multifidis, ultimis digitatis fastigiatis crenato-cristatis; apotheciis nigris glauco-subpruinosis, margine subintegerrimo.
Parmelia albinea. *Lichenogr. Univ. p.* 491.
Lichen albo ater. *Schleich. Pl. Cr. Helv. Cent.* 3. *n.* 71.
Habitat in rupibus Helvetiæ transalpinæ.

41. Parmelia congruens: thallo stellato albopallescente, subtus cinereo-fuscescente: fibrillis fixurisque concoloribus, laciniis multifidis laxis flexuosis marginibus recurvis apice planiusculis crenatis; apotheciis elevatis concavis hepaticis, margine integerrimo.
Parmelia congruens. *Lichenogr. Univ. p.* 491.
Habitat in America boreali ad truncos arborum.

42. Parmelia sinuosa: thallo stellato cinereopallido lævigato, subtus atro fibrilloso, laciniis linearibus extus latioribus sinuato-pinnatifidis, sinubus latis circularibus; apotheciis planiusculis brunneis, margine tenui integerrimo. †
Lichen sinuosus. *Engl. Bot. V.* 29. *T.* 2050.
Habitat ad muros, saxa et arborum truncos in Anglia et Nova Scotia.

43. Parmelia astroidea: thallo stellato fuscoolivaceo, laciniis setaceis radiatis; apotheciis nigris, margine pallidiori integerrimo. †
Lichen astroideus. *Fl. Dan. V.* 8. *T.* 1352. *f.* 2.
Habitat in saxis ad Littora Kattegat. *Species minuta.*

44. Parmelia sideralis: thallo stellato cinereofuscescente glabro, subtus fusco-nigricanti-fibrilloso, laciniis periphericis subimbricatis angustis multifidis adpressis planiusculis; apotheciis concaviusculis demum planis atris,

margine subintegerrimo albo-subfuscescente. †
Parmelia astroidea. Clemente Ensayo &c. in Add. p. 302.
Habitat in Hispania ad corticem Quercuum.

45. PARMELIA aleurites: thallo orbiculari contiguo rugoso-plicato pallido-cinerascente pulverulento, subtus concolori nigro-fibrilloso, laciniis in ambitu discretis planis rotundatis undulatis inciso-crenatis; apotheciis planis nigro-fuscis, margine tandem crenulato pulverulento.

Parmelia aleurites α. *Lichenogr. Univ.* p. 484. — — *Meth. Lich.* p. 208.
Lobaria diffusa. *Hoffm. Fl. G.* p. 156. — *Ej. Pl. Lich. T.* 65. *f.* 2. (Placodium)
Lichen aleurites. *Ach. Prodr.* p. 117. — *Schrad. Journ. f. d. Bot.* 1801. *st.* 1. p. 76. — *Engl. Bot.* V. 12. *T.* 858. — *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 423.
Lichen diffusus. *Dicks. Pl. Cr. Br.* 3. p. 7. *T.* 9. *f.* 6.
Habitat ad asseres, trabes et sepimenta lignea.
b. diffusa: thallo irregulariter expanso albo-cinereo-virescente, laciniis subimbricatis lacero-subcrispis granuloso-pulverulentis.
P. aleurites β. diffusa. *Lich. Univ.* p. 485.
Lichen pallescens. *Hoffm. En. Lich.* p. 66. *T.* 10. *f.* 2.

46. PARMELIA hyperopta: thallo suborbiculari albissimo, demum soredifero pulverulento, subtus atro hispido subspongiosoque, laciniis angustatis eroso-multifidis imbricatis; apotheciis sparsis planis adpressis tandem amplis fusco-sanguineis, margine tenui subprominente integerrimo.
Habitat in Helvetia supra corticem ad truncos arborum.
*A* Parm. lævigata (*infra*) *distinctam esse puto.*

47. PARMELIA ambigua: thallo stellato pallido-subvirescente lævigato soredifero, subtus fusco-nigro fibrilloso, laciniis linearibus adpressis planis dichotomis subtruncatis; apotheciis subcentralibus minutis planiusculis fuscis, margine integerrimo.
Parmelia ambigua. *Lichenogr. Univ.* p. 485. — *Meth. Lich.* p. 207.
Lobaria ambigua. *Hoffm. Fl. G.* p. 155. — *Ej. Pl. Lich. T.* 40. *f.* 2-4. *T.* 42. *f.* 2. 3. (Psora)

Lichen ambiguus. *Wulf. ap. Jacqu. Coll.* 4. p. 239. T. 4. f. 2. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 429.
Lichen diffusus. *Web. Spicil. Fl. G p.* 250.
Habitat ad ligna semiputrida et truncos arborum prope terram.

48. Parmelia centrifuga: thallo orbiculari zonatim centrifugo albo-virescenti, subtus albo: fibrillis cinereo-fuscescentibus, laciniis concretis convexis rugosis dichotome partitis obtusiusculis: apotheciis periphericis rufo-fuscis, margine subintegerrimo.
Parmelia centrifuga. *Lichenogr. Univ. p.* 486. — *Meth. Lich. p.* 206.
Lichen centrifugus. *Linn. Fl. Sv. n.* 1074. — *Ehrh. Dec.* 12. n. 116. — *Wahlenb Fl. Lapp p.* 429.
Habitat ad montes et rupes Sveciæ inque alpibus elatioribus Lapponiæ.

49. Parmelia conspersa: thallo orbiculari pallido-livido lævigato nigro-punctato, subtus fuscescente fibrilloso, laciniis sinuato-lobatis rotundatis crenatis planiusculis; apotheciis centralibus spadiceis margine subintegerrimo.
Parmelia conspersa α. *Lichenogr. Univ. p.* 486. — *Meth. Lich. p.* 205.
Lobaria centrifuga. *Hoffm. Fl. G. p.* 154. — *Ej. Pl. Lich. T.* 16. *f.* 2. (Squamaria)
Lichen conspersus. *Ehrh.* — *Ach. Prodr. p.* 118. — *Westr. Sv. Lafv. Färg-hist. Tab.* 24. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 429.
Lichen centrifugus. *Auctorum vulgo.* — *Hoffm. En. Lich. T.* 10. *f.* 3.
Habitat ad lapides et montium saxa.

β. P. stenophylla: thallo irregulariter expanso, laciniis elongatis linearibus pinnatifidis flexuosis imbricato-complicatis; apotheciis raris sparsis.
P. conspersa β. stenophylla. *Lich. Univ. p.* 487. — *Meth. Lich. p.* 206.
Habitat in montibus Sveciæ.

b. georgiana: thallo irregulari subpulvinato, laciniis brevibus linearibus pinnatifidis dense imbricatis, apicibus nigris.
P. conspersa γ. georgiana. *Lich. Univ. l. c.*
Habitat in saxis Georgiæ prope Tiflis.

50. PARMELIA aureola: thallo orbiculari subzonatim centrifugo plicato-rugoso vitellino, subtus flavo fixuris nigris, laciniis concretis apicibus dilatatis plicatis crispis inciso-crenatis; apotheciis concavis sparsis aurantiis, margine crenato.

Parmelia aureola. *Lichenogr. Univ. p.* 487.

Habitat in Svecia ad rupes marinas Provinc. Bahusiæ.

*Modo crescendi cum* P. centrifuga *ut plurimum convenit.*

51. PARMELIA rutilans: thallo suborbiculari imbricato-complicato vitellino, subtus albido nudo, laciniis irregulariter incisis ultimis angustioribus obtusis; apotheciis demum planis convexiusculis aurantiis subsessilibus, margine integerrimo rugulosoque.

Lecanora rutilans. *Lichenogr. Univ. p.* 415.

Parmeliæ parietinæ *var.* β. ectanea. *Lich. Univ. p.* 464.

Habitat in Helvetia ad corticem truncorum Juglandis.

*Thallus vix stellatus. Omnium partium forma alia et colore diverso a* P. parietina *certe distincta. Ad* P. aureolam *accedit sed notis datis ab hac etiam valde diversa apparet.* Apotheciorum *indole cum* Lecanoris *aliquantum convenit.*

52. PARMELIA diversicolor: thallo suborbiculari flavo-aurantio e laciniis angustioribus sublacero-ramosis rugosis concreto per ætatem albido, subtus albo-cinerascente fixuris concoloribus; apotheciis confertis concavis atro-sanguineis, margine crasso demum albo.

Habitat in Kamtschatka et America Septentrionali.

*Forma et colore partium alio ab affinibus satis distincta.*

53. PARMELIA contortuplicata: thallo suborbiculari cartilagineo imbricato-complicato flavo-cerino demum cinereo-albicante, subtus albido nudo, laciniis angustis multifidis lacero-laciniatis tortuosis; apotheciis sparsis planis aurantiis, margine integerrimo.

Habitat in monte Cenisio inque Helvetia.

*Singularis et pulchra species substantia cartilaginea et aliis notis a reliquis optime distincta.*

54. PARMELIA mollius cula: thallo substellato molliusculo sordide albido-virescente subpulverulento, subtus concolori, laciniis imbricatis convexiusculis lineari-multifidis ad apices subtus subcanaliculatis fibrillosisque.
Parmelia molliuscula. *Lichenogr. Univ. p.* 492.
Habitat ad Cap. b. spei Africæ supra terram. *Apothecia ignota, sed species distincta.*

55. PARMELIA speciosa: thallo stellato glabro albo subcinerascente, subtus lacteo molliusculo fibrillis marginalibus obscurioribus, laciniis imbricatis planis inciso-ramosis crenatis: crenis adscendentibus pulverulentis; apotheciis centralibus subfuscis, margine inflexo tumido tandem rugoso-crenato.
Parmelia speciosa. *Lichenogr. Univ. p.* 480. — *Meth. Lich. p.* 198.
Lobaria speciosa. *Hoffm. Fl. G. p.* 153.
Lichen speciosus. *Wulf. ap. Jacqu. Coll.* 3. *p.* 119. *T.* 7.
Habitat ad truncos arborum et saxa in Germania, Helvetia, Amer. Sept.
b. hypoleuca: thallo stellato albo glabro nudo, subtus albissimo molli subtomentoso, fibrillis marginalibus atris hispidis, laciniis linearibus multifidis planis; apotheciis sparsis subfuscis demum nigris, margine inflexo tandem crenulato.
Habitat inter et supra muscos et truncos arborum in America Septentr.

56. PARMELIA lophyrea: thallo stellato albo, subtus nigro lævigato nudo excavato-punctato, laciniis linearibus planis flexuosis sinuato-multifidis; apotheciis rubellis, margine subcrenato.
Parmelia lophyrea. *Lichenogr. Univ. p.* 481. — *Meth. Lich. p.* 198.
Habitat in America boreali.

57. PARMELIA picta: thallo orbiculari albido glabro, subtus fusco-nigricante subfibrilloso, laciniis imbricatis planis inciso-lobatis crenatis, marginibus subelevatis pulverulentis; apotheciis nigris, margine tumido integerrimo pulverulento.
Parmelia picta. *Lichenogr. Univ. p.* 480. — *Meth. Lich. p.* 211.

Lichen pictus. *Swartz. Fl. Ind. Occid. V. 3. p. 1898.*
Habitat ad caudices Palmarum et in cortice arborum Jamaicensium.

58. Parmelia lævigata: thallo stellato lævigato cinerascenti-albo, subtus atro fibrilloso, laciniis multifidis linearibus extrorsum latioribus incisis divaricatis acutis in ambitu passim sorediferis; apotheciis concavis castaneis, margine integerrimo. †

Lichen lævigatus. *Engl. Bot. V. 26. Tab. 1852.*
Habitat in rupibus Angliæ.

59. Parmelia granulifera: thallo orbiculari albo pruinoso granulisque globosis conglomeratis niveis adsperso, subtus glabro concolori fibrillis fixurisque nigris, laciniis planis multifidis dentato-crenatis, marginibus nudis; apotheciis nigro-fuscis, margine inflexo granulato.
Habitat in America Septentrionali supra et inter muscos ad arborum truncos.

*A P. speciosa, cui similis, colore, superficie pruinosa ejusque globulis graniformibus, marginibus non elevatis nec pulverulentis nec ciliatis, fixuris et fibrillis nigris satis diversa.*

60. Parmelia domingensis: thallo orbiculari interrupte imbricato utrimque albicante lævivigato, subtus fibrillis sparsis obscurioribus, laciniis planis irregulariter lacinulatis, marginibus repando-dentatis pulverulentis; apotheciis sparsis subfuscis, margine inflexo rugoso-crenulato.

Parmelia albicans. *Pers. in Act. Societ. Wetterav. V. 2.*
Habitat in Ins. St. Domingo inter et supra Jungermannias.

*Thalli forma seu modo crescendi singulari ut & aliis notis a P. speciosa aliisque affinibus speciebus mox dignoscitur. Habitu totius Lichenis proxime accedit ad P. granuliferam. Nomen triviale Personii mutare debui ne cum P. albinea confundatur.*

61. Parmelia muscigena: thallo suborbiculari imbricato subsquarrosoque livido-castaneo subpruinoso, subtus fibrillis cirrosis atro-subpannoso, laciniis irregulariter incisis multifidis appendiculatisque planiusculis; apotheciis fusco-nigris, margine subintegerrimo.

Parmelia muscigena α *Lichenogr. Univ. p. 472.*
Lichen muscigenus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p. 425.*

Habitat inter et supra muscos putrefactos, in Helvetia, Gallia, Lapponia.

β. P. lenta: thallo glauco-pruinoso, laciniis latioribus inciso-lobatis imbricatis, marginibus elevatis flexuosis crenato-crispis; apotheciorum margine inflexo demum crenato-crispo fimbriatoque.

P. muscigenæ *var.* β. lenta *et* γ. squarrosa. *Lich. Univ. p.* 473.

Lichen muscigenus *var.* β. glaucescens. *Wahlenb. l. c.*

62. Parmelia conoplea: thallo orbiculari glauco-virescente passim pulvere granuloso cærulescenti tecto, subtus atro fibrilloso-spongioso; laciniis periphericis planiusculis rotundato-lobatis crenatis nudis, marginibus elevatis pulverulentis; apotheciis rufis.

Parmelia conoplea. *Lichenogr. Univ. p.* 467.

Lichen cæruleo-badius. *Schleich. Pl. Cr. Helv. Cent.* 2. *n.* 71.

Habitat supra muscos et truncos arborum.

63. Parmelia obsessa: thallo orbiculari albo, excrescentiis coralloideis apicibus fuscis obsesso, subtus atro fibrilloso, laciniis periphericis solis discretis eroso-multifidis planis; apotheciis centralibus planis fusco-atris, margine granulato-dentato.

Habitat in America septentrionali ad corticem arborum.

*Habitu thalli P.* cæsiam *assimilat.*

64. Parmelia farrea: thallo orbiculari cinereo-virescente farinoso, subtus albido fibrillis fusco-nigris, laciniis brevibus incisis crenatis imbricatis marginibus elevatis granulato-pulverulentis; apotheciis nigris cinereoque pruinosis, margine inflexo tumente subcœlatis.

Parmelia farrea. *Lichenogr. Univ. p.* 475.

Habitat in Anglia ad terram, supra saxa inque truncis arborum.

β. P. alphiphora: thallo orbiculari imbricato albo-pruinoso, subtus atro-spongioso, laciniarum marginibus crispis granulosis.

P. farrea β. alphiphora. *Lich. Univ. p.* 476.

Habitat in Svecia ad montes supra muscos destructos.

*Proxime quidem ad* P. *farream accedit, sed si apothecia, nondum visa, differunt, certe ut propria species consideranda venit.*

65. PARMELIA pulverulenta: thallo stellato albo-cæsio-pruninoso, subtus atro tomentoso-hispido; laciniis linearibus multifidis in ambitu discretis planis adpressis undulatis apicibus retusis; apotheciis cæsiis; margine integerrimo flexuosoque.

Parmelia pulverulenta. *Lichenogr. Univ. p.* 473. (*excl. var.* δ. alutoria.) *Meth. Lich. p.* 210.

Lobaria pulverulenta. *Hoffm. Fl. G. p.* 152. — *Ej. Pl. Lich. T.* 8. *f.* 2. (Squamaria)

Lichen pulverulentus. *Schreb. Spicil. Fl. G. p.* 1125.

Lichen allochrous. *Ehrh. Pl. Cr. Dec.* 19. *n.* 187.

Lichen stellaris. *var. b. Wither.* — *Engl. Bot. V.* 24. *T.* 1697?

Habitat ad corticem in truncis arborum.

*Dum humectatur thallus pruina evanescit et superficiei viridi fusca evadit; qua nota optime ab affinibus dignoscitur.*

b. argyphea: thallo orbiculari crasso coriaceo, laciniis extrorsum latioribus undulato-plicatis lacteo-pruinosis; apotheciis concoloribus.

P. pulverulenta β. argyphea. *Lich. Univ. p.* 474.

Habitat in Gallia & Hispania.

c. angustata: thallo stellato, laciniis tenuioribus linearibus dichotomo-ramosis a centro ad peripheriam continuatis discretisque.

P. pulverulenta γ. angustata. *Lich. Univ. l. c.*

Lichen angustatus. *Hoffm. En. Lich. p.* 77. *T.* 11. *f.* 1.

66. PARMELIA venusta: thallo orbiculari pallido-virescente subnudo, subtus atro tomentoso-hispido, laciniis planis flexuosis varie laciniatis in ambitu incisis plicatis radiantibus; apotheciis subimmersis cæsiis, margine fimbriato-folioloso.

Parmelia venusta α. *Lichenogr. Univ. p.* 475. — *Meth. Lich. p.* 211. *T.* 8. *f.* 5. — *Clem. Ens.* &c. *Add. p.* 302.

Habitat ad corticem Quercus Ilicis et Ulmi in Hispania et Lusitania.

*Thalli color humiditate vix mutatur vel tantum laete virescit.*

β. P. hybrida: thallo substellato ex albo vel viridi-subfuscescente subnudo, laciniis linearibus multifidis imbricatis in ambitu latioribus rotundatis inciso-crenatis; apotheciis adpressis cæsiis, margine crenato fimbriatoque.

P. venusta β. hybrida. *Lich. Univ. p.* 475.

P. pulverulentæ *var.* δ. alutoria. *ibm. p.* 474.

Habitat in saxis et ad corticem arborum, in Svecia, Gallia.

67. PARMELIA aipolia: thallo stellato albido-cinerascenti cæsioque nudo, subtus albido fibrillis fusco-nigris, laciniis omnibus subconnatis planiusculis multifidis lobatisque; apotheciis nigris cæsio-pruinosis.

Parmelia aipolia. *Lichenogr. Univ. p.* 477. — *Meth. Lich. p.* 209.

Lichen aipolius. *Ach. Prodr. p.* 112.

Habitat ad corticem arborum.

a. acrita: thallo stellatim plicato albido, subtus concolori fibrillis fuscescentibus, laciniis in ambitu planis crenulatis, apotheciorum margine tumido integro.

P. aipolia α. acrita. *Lich. Univ. l. c.*

Lichen ambiguus? *Ehrh.*

Lichen stellariformis? *Hoffm. En. Lich. p.* 75.

b. cercidia: thallo cinereo-cæsio, subtus albicante fibrillis nigris, laciniis centralibus difformibus complicatis imbricato-squamosis granulatisque, periphericis planis multifidis; apotheciis demum confertis flexuosis crenatisque.

P. aipolia β. cercidia. *Lich. Univ. p.* 478.

Lobaria aipolia? *Hoffm. Fl. G. p.* 152.

Lichen aipolius? *Ehrh. Pl. Cr. Dec.* 20. *n.* 197.

c. anthelina: thallo stellato albido, subtus concolori fibrillis nigris tomentoso, laciniis sublinearibus multifidis a centro ad ambitum continuatis subdiscretis; apotheciis confertis, disco fusco nigroque pruinoso tandem convexiusculo, margine integro.

P. aipolia γ. anthelina. *Lich. Univ. l. c.*

P. anthelina. *Meth. Lich. p.* 210.

Lichen anthelinus. *Ach. Prodr. p.* 111.

68. Parmelia stellaris: thallo stellato demum rugoso-plicato virescenti-cinereo, subtus albo fibrillis cinereis, laciniis sublinearibus convexiusculis incisis multifidis; apotheciis nigro-glaucescentibus, margine integerrimo demum flexuoso crenatoque.

Parmelia stellaris α radiata & β. rosulata. *Lichenogr. Univ. p.* 476, 477. — *Meth. Lich. p.* 209. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 302.
Lobaria stellaris. *Hoffm. Fl. G. p.* 152.
Lichen stellaris. *Linn. Fl. Sv. n.* 1082. — *Hoffm. En. Lich. T.* 15. *f.* 1. 2. — *Wahlenb. Fl.* Lapp. *p.* 423.

Habitat ad corticem in truncis et ramis arborum.

69. Parmelia cæsia: thallo stellato albido-cinerascente cæsioque sorediſero, subtus cinereo fibrillis nigris, laciniis linearibus incisis multifidis convexiusculis ultimis planis; apotheciis subconcavis nigris, margine subinflexo.

Parmelia cæsia α. *Lichenogr. Univ. p.* 479. — *Meth. Lich. p.* 197.
Lobaria cæsia. *Hoffm. Fl. G. p.* 156. — *Ej. Pl.* Lich. *T.* 8. *f.* 1. (Psora)
Lichen cæsius. *Hoffm. En.* Lich. *T.* 12. *f.* 1. — *Engl. Bot. V.* 15. *T.* 1052. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 421.
Lichen pulchellus. *Wulf. ap. Jacq. Coll.* 2. *T.* 16. *f.* 1.

Habitat in saxis, lignis, supra muscos et ad corticem arborum.

β. P. dubia: thallo stellato cinerascente laciniis ramosis discretis margine recurvis subteretibus, aliis latioribus margine pulverulentis.

P. cæsia β. teretiuscula et γ. dubia. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. l. c.*
Lichen cæsius β. dubius. *Wahlenb. Fl. Lapp. l. c.*
Lichen dubius. *Ach. Prodr. p.* 123. — *Hoffm. Fl. G. p.* 156. (Lobaria)

Habitat in tectorum tegulis & saxis.

70. Parmelia cycloselis: thallo orbiculari cinereo-livido, subtus nigro, fibrilloso spongioso, laciniis connatis imbricatis planiusculis subdigitato-multifidis eroso-crenatis subciliatis, marginibus tandem elevatis crispis subpulverulentis; apotheciis sparsis nigro-fuscis, margine elevato integerrimo.

Parmelia cycloselis α. *Lichenogr. Univ. p.* 482. — *Meth. Lich. p.* 199.
Lobaria orbicularis. *Hoffm. Fl. G. p.* 155. — *Ej. Pl. Lich. T.* 66. *f.* 1. *a-f.* (Placodium)
Lichen cycloselis. *Ach. Prodr. p.* 113. — *Engl. Bot. V.* 27. *T.* 1942. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 422.
Lichen orbicularis. *Neck. Meth. p.* 88. — *Hoffm. En. Lich. T.* 9. *f.* 1.
Lichen subtilis. *et* L. dentatus. *Pers.* (*Specim. jun.*) *Cfr. Lich. Univ p.* 215.
Habitat in truncis arborum.

*β.* P. lithotea: thallo orbiculari glauco-fuscescente, e laciniis multifidis linearibus angustissimis planis subciliatis confertim imbricato; apotheciis centralibus nigris.
P. cycloselis *β.* lithotea. *Lich. Univ. p.* 483. — *Meth. Lich. l. c.*
Habitat ad montes in cavernis aqua interdum repletis.

71. PARMELIA ulothrix: thallo stellato cinereo-glauco sublivido, subtus nigro fibrilloso, laciniis discretis linearibus dichotomo-multifidis planis subciliatis; apotheciis nigro-fuscis, margine integerrimo, subtus ciliato-fibrillosis.
Parmelia ulothrix. *Lichenogr. Univ. p.* 481. — *Meth. Lich. p.* 200.
Lobaria ciliata. *Hoffm. Fl. G. p.* 155.
Lichen ulothrix. *Ach. Prodr. p.* 113. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 424.
Lichen ciliatus. *Hoffm. En. Lich. p.* 69. *T.* 14. *f.* 1.
Lichen obscurus. *Ehrh. Pl. Cr. Dec.* 18. *n.* 177.
Habitat ad corticem in truncis arborum.

72. PARMELIA chloantha: thallo stellato imbricato livido-virescente, subtus albidiori fixuris sparsis obscurioribus, laciniis multifidis linearibus flexuosis nudis, marginibus lacero-dentatis; apotheciis sparsis elevatis crassis planis nigris, margine tumidulo tandem subcrenato.
Habitat in Helvetia ad corticem arborum.
*Colore utriusque paginae thalli atque forma apotheciorum a* P. cycloseli *et affinibus satis distincta apparet.*

†† *Thalli laciniis apice subinflatis.* (Physcia)

73. Parmelia physodes: thallo substellato albo-glaucescente, laciniis imbricatis sinuato-multifidis convexiusculis glabris apicibus inflatis adscendentibusque, subtus nigro-fuscis nudis; apotheciis rubris; margine integerrimo.

Parmelia physodes *α. et var. β.* labrosa. *Lichenogr. Univ. p.* 492, 493. — *Meth. Lich. p.* 250.
Lobaria physodes. *Hoffm. Fl. G. p.* 150.
Lichen physodes. *Linn. Fl. Sv. n.* 1081. — *Hoffm. En. Lich. T.* 15. *f.* 2. — *Engl. Bot. T.* 126. — *Jacqu. Coll.* 3. *T.* 8. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 428. — *Fl. Dan. T.* 1186. *f.* 2.

Habitat in sæpimentis ligneis, truncis arborum saxisque.

*β.* P. vittata: thalli laciniis effusis linearibus pinnatifidis subprolificantibus planiusculis nigro-marginatis.

P. physodes *γ.* vittata. *Lich. Univ. p.* 493. — *Meth. Lich. p.* 251.
P. duplicata. *Meth. Lich. p.* 252.

Habitat ad saxa in Svecia, Helvetia, Amer. bor.

*γ.* P. platyphylla: thallo orbiculari rugoso-plicato, laciniis concretis in ambitu rotundato-lobatis inciso-crenatis.

P. physodes *δ.* platyphylla. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. l. c.*

Habitat in sæpibus ligneis Sveciæ, Helvetiæ.

*δ.* P. obscurata: thallo substellato rugoso-plicato fusco-nigricante nitido ad ambitum olivaceo.

Habitat in Helvetia ad Truncos Pinorum.

74. Parmelia cristulata: thallo orbiculari virescenti-glauco, laciniis lævissimis planis, periphericis rotundatis incumbentibus inciso-crenatis, omnibus subtus spongiosis atris, apicibus subinflatis; apotheciis rubris, margine integerrimo.

Habitat in America septentr. ad caudices arborum.

*A* P. physode *differt laciniis latioribus planis aliter coloratis, apice rotundatis eleganter crenatis et quasi cristas formantibus, subtus atris fibrilloso-spongiosis, apicibusque in statu sicco vix inflatis.*

75. Parmelia diatrypa: thallo substellato albo-virescente, laciniis sinuato-multifidis planiusculis lævibus sorediferis perforatisque, apicibus inflatis, subtus rugoso-plicatis atris interstitiis albis; apotheciis dilute rubris, margine integerrimo.

Parmelia diatrypa. *Lichenogr. Univ. p.* 493. — *Meth. Lich. p.* 232.
Lobaria terebrata *Hoffm. Fl. G. p.* 151.
Lichen diatrypus. *Ach. Prodr. p.* 116. — *Engl. Bot. V.* 18. *T.* 1248.
Lichen pertusus. *Schrad. Spicil. Fl. G. p.* 96.
Habitat in cortice ad truncos arborum.

76. Parmelia colpodes: thallo substellato pallido-virescente, laciniis multifidis lævibus nudis planiusculis, apicibus subinflatis, subtus atris pannosis; apotheciis subfuscis, margine subrugoso.

Parmelia colpodes. *Lichenogr. Univ. p.* 494. — *Meth. Lich. p. p.* 251.
Lichen colpodes. *Ach. Prodr. p.* 124.
Habitat in America septentr. ad corticem arborum.

77. Parmelia enteromorpha: thallo substellato albo-virescente, laciniis elongatis subdivisis effusis laxis subrugosis ventricoso-inflatis, subtus nigris rugoso-plicatis; apotheciis badiis, margine integerrimo.

Parmelia enteromorpha. *Lichenogr. Univ. p.* 494. — *Meth. Lich. p.* 252.
Habitat in California ad truncos Pini.

78. Parmelia cincinnata: thallo substellato albo-virescente, laciniis brevibus subdivisis confertis gyroso-plicatis subrugosis bullato-ventricosis inflatis, subtus fusco-nigris æquabilibus; apotheciis rufo-fuscis, margine ruguloso-crenato.

Parmelia cincinata. *Lichenogr. Univ. p.* 495. — *Meth. Lich. p.* 252.
Habitat ad Fretum Magellanicum in Staaten-Land.

79. Parmelia distorta: thallo substellato albo, laciniis varie lacinulatis flexuoso-distortis complicatis lacunosis, subtus marginumque appendicibus vesiculosis fusco-nigris.
Habitat in Gallia ad Potiris.

*Per aetatem excrescentiis ramulosis et coralloideis ornatur superficies laciniarum. Apothecia in speciminibus visis nulla adfuerunt.*

80. Parmelia intestiniformis: thallo substellato, laciniis multifidis linearibus elongatis compresso-teretibus articulatis; apotheciis badiis. †

Parmelia intestiniformis. *Lichenogr. Univ. p.* 495. — *Meth.* Lich. *p.* 253.

Lichen intestiniformis. *Bellardi App. Fl. Pedem.* — *Villars. Delph.*

Habitat ad lapides in Monte Cenisio.

---

## XXIV. BORRERA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 93. Tab. IX. f. 3—9.

Receptaculum universale cartilagineum laciniato-ramosum, laciniis liberis subtus plerumque canaliculatis margineque ciliatis. Partiale scutelliforme crassum, subtus a thallo formatum podicillatum. Lamina proligera, Discum efformans, colorata, intus similaris vel vesiculifera, Margine thallode elevato inflexo, eam excedente, cincta.

---

1. Borrera Trulla; thallo albo-pallescente utrimque nudo, laciniis linearibus dichotomis subtus canaliculatis; apotheciis marginalibus cyathiformibus, disco rufescente, subtus margineque rugosis.

Borrera Trulla. *Lichenogr. Univ. p.* 496.

Parmelia Trulla. *Meth. Lich. p.* 256. *T.* 4. *f.* 6.

Habitat in Peruvia.

2. Borrera solenaria; thallo utrimque albo, laciniis linearibus subtus canaliculatis, marginibus hispidis; apotheciis sparsis, disco flavescente. †

Borrera solenaria. *Lichenogr. Univ. p.* 505.

Parmelia solenaria. *Meth. Lich. p.* 256.

*Dillen. Hist. Musc. T.* 21. *F.* 53. *Mich. N. G. Ord.* 4. *T.* 38. *f.* 2.

Habitat in truncis & ramis Pruni Europa australis.

3. Borrera ciliaris: thallo virescenti-cervino, laciniis linearibus ramosis attenuatis apicibus ciliatis, subtus albicantibus canaliculatis; apotheciis subterminalibus, disco concavo demum plano nigro-fusco cæsioque, margine thallode crenato fimbriatoque.

Borrera ciliaris α. var. β. agriopa, γ. melanosticta, δ. actinota et ε. verrucosa. *Lichenogr. Univ.* p. 496, 497.

Parmelia ciliaris. *Meth. Lich.* p. 255. c. variett.

Lobaria ciliaris, *Hoffm. Fl. G.* p. 144. — *Ej. Pl. Lich. T.* 3. *f.* 4. (Lichenoides)

Lichen ciliaris. *Linn.* — *Engl. Bot. V.* 19. *T.* 1352. — *Fl. Dan. T.* 711. — *Hedw. Theor. T.* 32. — *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 434.

Habitat ad truncos arborum inque saxis.

4. Borrera tenella: thallo albo-cinerascente utrimque nudo concolori substellato, laciniis pinnatifidis apicibus adscendentibus dilatatis fornicatis ciliatis; apotheciis sparsis, disco plano nigro-cæsio, margine thallode integerrimo.

Borrera tenella α. *Lichenogr. Univ.* p. 498.

Parmelia tenella. *Meth. Lich.* p. 250. — *Clem. Ens.* &c. *Add.* p. 303.

Lobaria hispida. *Hoffm. Fl. G.* p. 151. — *Ej. Pl. Lich. T.* 3. *f.* 2. 3. (Lichenoides)

Lichen tenellus, *Scop. Carn.* p. 1406. — *Web. Spicil. Fl. G.* p. 126. — *Engl. Bot. V.* 19. *T.* 1351.

Lichen hispidus. *Schreb Spicil. Fl. G.* p. 126. — *Wulf. ap. Jacqu. Coll.* 4. *T.* 6. — *Fl. Dan. V.* 7. *T.* 1186. *f.* 1.

Habitat ad truncos & ramos arborum inque sæpibus & tectis ligneis.

β. B. leptalea: thallo cinerascente stellato, laciniis digitatim-ramosis flexuosis imbricatis, subadscendentibus, marginum ciliis fuscescentibus; apotheciorum disco atro, margine thallode demum subgranulato.

Borrera tenella β. leptalea. *Lich. Univ.* l. c.

Parmelia leptalea. *Meth. Lich.* p. 198.

Lobaria semipinnata. *Hoffm. Fl. G.* p. 151.

Lichen tenellus β. *Wahlenb. Fl. Lapp.* p. 435.

Lichen semipinnatus. *Leers Fl. Herborn.* — *Jacqu. Coll.* 4. *T.* 6. *f.* a. b. c.

Habitat in saxis & truncis arborum.

5. **Borrera erinacea**: thallo cinerascente, laciniis elongatis lacero-laciniatis diffusis flexuosis planis longissime ciliatis, subtus albissimis molli-subtomentosis; apotheciis sparsis, disco tumente atro, margine thallode integerrimo.

Borrera erinacea. *Lichenogr. Univ. p.* 499.

Habitat in California ad arborum truncos.

6. **Borrera leucomela**: thallo pallescente, laciniis erectis linearibus multifidis attenuatis ciliatis, subtus albissimis subpulverulentis subcanaliculatis; apotheciorum disco plano nigro-cæsio, margine thallode ciliato.

Borrera leucomela. *Lichenogr. Univ. p.* 499.
Parmelia leucomela. *Meth. Lich. p.* 256. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 304.
Physcia leucomelos. *Michaux. Fl. bor. Amer. p.* 326.
Lichen leucomelas. *Linn.* — *Swartz Obs. Bot. T.* 11. *f.* 3.
Lichen comosus. *Bory Voy.*

Habitat in truncis arborum Hispaniæ, Amer. merid. & Septentr. Insul. Domingo Borbon. Canar.

7. **Borrera calamistrata**: thallo cinereo-pallido glabro, laciniis linearibus eroso-laciniatis crenatisque, subtus albidioribus subpulverulentis subcanaliculatis.

Borrera calamistrata. *Lichenogr. Univ. p.* 500.

Habitat ad saxa in sylvis subalpinis Vallis Salvan Helvetiæ.

*Apothecia non vidi. Similis* Ramalinæ peruvianæ.

8. **Borrera furfuracea**: thallo cinereo farinaceo, laciniis lineari-attenuatis ramosis, subtus canaliculatis nudis rugosis violaceo-nigricantibus; apotheciis submarginalibus cyathiformibus, disco rubro, margine thallode tenui subinflexo.

Borrera furfuracea. *α. var. γ.* ceratea, *et δ.* scobicina. *Lichen. Univ. p.* 500. 501.
Parmelia furfuracea. *Meth. Lich. p.* 254.
Lobaria furfuracea. *Hoffm. Fl. G. p.* 145. — *Ej. Pl. Lich. T.* 9. *f.* 2. (Lichenoides)
Lichen furfuraceus. *Linn.* — *Engl. Bot. V.* 9. *T.* 984.

Habitat in saxis et ad truncos arborum.

*Variat thallo subnudo, vel squamoso, laciniis subulatis et apice latioribus.*

β. B. nuda: thallo subſtellato lævigato ex albo subviolaceo, laciniis latiuſculis planiuſculis subsinuato-laciniatis.

B. furfuracea β. nuda. *Lich. Univ. p.* 500.

Habitat in Helvetia.

9. Borrera camtschadalis: thallo albicante nudo, laciniis dichotomo-ramosis linearibus flexuosis obtusiusculis, subtus canaliculatis nigro-fibrilloso-spongiosis.

Habitat in Camtschatka.

*Apothecia in Specimine meo nulla. Habitus* B. furfuraceæ, *sed multo minor.*

10. Borrera villosa: thallo cinereo-virescente villoso, laciniis lineari-attenuatis ramosis, subtus canaliculatis albicantibus; apotheciis sparsis, disco demum plano cerino-rubello, margine thallode subinflexo pubescenti-ciliato.

Borrera villosa. *Lichenogr. Univ. p.* 501.

Parmelia villosa. *Meth. Lich. p.* 254. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 303.

Habitat ad Salsolæ caules in Lusatia, Hispania, Peruvia.

11. Borrera ephebea: thallo cinereo pubescente, laciniis erectiusculis complicatisque subteretibus ramosis filiformi-attenuatis subtus subcanaliculatis concoloribus.

Borrera ephebea. *Lichenogr. Univ. p.* 501.

Parmelia ephebea. *Meth. Lich. p.* 269.

Habitat in Peruvia. — *Apothecia ignota.*

12. Borrera atlantica: thallo pallide-rufescente pubescente, laciniis divaricatis tortuosis lineari-attenuatis, subtus canaliculatis; apotheciis sparsis, disco planiusculo fusco-atro, margine thallode tenui integerrimo.

Borrera atlantica. *Lichenogr. Univ. p.* 502.

Parmelia atlantica. *Meth. Lich. Suppl. p.* 50. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 303.

Lichen intricatus. *Desfont. Fl. Atlant.* 2. *p.* 420. *T.* 253. *f.* 3.

*Dillen. H. M. p.* 157. *Tab.* 21. *f.* 51.

Habitat ad corticem arborum atlanticarum.

13. Borrera pubera: thallo flavicante villoso, laciniis linearibus ramosis complicatis compressiusculis, subtus subcanaliculatis albidioribus, fibrillis marginalibus subfasciculatis elon-

gatis cirrosis; apotheciis terminalibus, disco lato planiusculo aurantio, margine thallode fibrilloso-ciliato.

Borrera pubera. *Lichenogr. Univ. p.* 502.

Habitat in Africa ad caules fruticum prope Cap. b. spei.

*Variat laciniis latioribus subtus canaliculatis et angustioribus magis teretibus vel tantum compressis vixque canaliculatis.*

b. capensis: thalli laciniis fibrillosis nudis tereti-subcompressis fulvis pallidisque utrimque subconcoloribus.

Borrera capensis. *Lich. Univ. p.* 503. — *Meth. Lich. p.* 269. (Parmelia)

Usnea capensis. *Hoffm. Pl. Lich.* 2. *p.* 48. *T.* 10. *f.* 1.

Lichen capensis. *Linn. Suppl. Pl. p.* 451. — *Ach. Prodr. p.* 182.

c. peruensis: thalli laciniis villosis complicatis tereti-compressis subcanaliculatis, apicibus digitatim-fibrillosis subnudis.

*Quum apothecia adhuc ignota sint, an propria species sit dubii sumus. Colore a priori* (b.) *parum discedit.*

14. Borrera chrysophthalma: thallo flavo-vitellino utrimque nudo concolori, laciniis linearibus planiusculis pinnatifido-ramosis, apicibus fibrillosis; apotheciis subterminalibus, disco aurantio, margine thallode fibrilloso-ciliato.

Borrera chrysophthalma. *Lichenogr. Univ. p.* 502.

Parmelia chrysophthalma. *Meth. Lich. p.* 267. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 304.

Platisma armatum. *Hoffm. Pl. Lich.* 2. *p.* 48. *T.* 36. *f.* 4.

Lichen crysophthalmus. *Linn.* — *Wulf. ap. Jacqu. Coll. T.* 4. *f.* 5. — *Engl. Bot. V.* 16. *T.* 1088.

Habitat in ramis et truncis arborum.

*β.* B. denudata: thalli laciniis lacero-lacinulatis compressis fulvis; apotheciorum margine thallode integerrimo nudo. †

Borrera chrysophthalma *β.* denudata. *Lich. Univ. p.* 503. — *Meth. Lich. p.* 267. (Parmelia)

Lobaria denudata. *Hoffm. Fl. G. p.* 141. — *Ej. Pl. Lich.* 6. *T.* 31. *f.* 1. (Platisma)

*A me non visa; sed vix propria species.*

15. Borrera flavicans: thallo flavescente nudo, laciniis dichotomo-ramosis tereti-compressis at-

tenuatis divaricatis complicatis; apotheciis sparsis, disco plano rubro, margine thallode integerrimo nudo.

Borrera flavicans. *Lichenogr. Univ. p.* 504. (*excl. syn. Pers.*)

Parmelia flavicans. *Meth. Lich. p.* 268.

Lichen flavicans. *Swartz. Fl. Ind. Occ.* 3. *p.* 1908. — *Ach. Prodr. p.* 182.

Habitat in India Occid. & ad Cap. b. sp. Africæ, supra saxa et montes.

*Specimen e Cap. b. spei visum majus fuit, dilutius coloratum, ramis laxioribus in axillis et non raro versus apices magis compressis ac dilatatis.*

β. læta: thallo flavissimo, laciniis tenuioribus vage ramosis complicatis fibrilloso-cirrosis.

Physcia flavicans. *Decand. Rapp. sur des Voy. Bot. p.* 25.

Lichen vulpinus. *Anglorum.* — *Dillen. H. M. T.* 15. *f.* 16. *secund. Ejus herbar.*

Habitat ad truncos arborum in Hispania, Anglia, Ind. Occid.

16. Borrera exilis: thallo exalbido, laciniis ramosissimis divaricatis intricatis compressiusculis capillaceo attenuatis; apotheciis sparsis, disco planiusculo croceo, margine thallode tenui integerrimo. †

Borrera exilis. *Lichenogr. Univ. p.* 505.

Physcia exilis. *Michaux. Fl. bor. Amer.* 2. *p.* 327.

Habitat in arboribus Carolinæ.

*Minuta et pulchella species imbricatim cæspitosa.*

17. Borrera ceruchis: thallo cinereo-fuscescente lævi verruculis adsperso, laciniis teretiusculis subventricosis attenuatis simpliciusculis diffusis lacunoso impressis; apotheciis sparsis, disco plano carneo pruinoso, margine thallode tenui integerrimo.

Borrera ceruchis. *Lichenogr. Univ. p.* 504.

Parmelia ceruchis. *Meth. Lich. p.* 266.

Habitat in Peruvia.

*Magna et singularis species quoad habitum thalli. Apothecia* Borreræ.

## XXV. CETRARIA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 96. Tab. X. f. 4. 5.

Receptaculum universale cartilagineo-membranaceum adscendens vel expansum lobato-laciniatum utrimque læve nudum. Partiale scutelliforme, thalli margini oblique adnatum, segmento inferiori ab eo soluto libero, superiori sessili. Lamina proligera, Discum efformans, colorata plano-concava intus similaris vel celluloso-striata, margine thallode, eam excedente, inflexo cincta.

---

1. Cetraria juniperina: thallo pallide-flavo, subtus flavissimo, laciniis planis adscendentibus eroso-crenatis crispis; apotheciis elevatis, disco badio, margine thallode crenulato.

Cetraria juniperina α. *Lichenogr. Univ. p.* 506. — *Meth.* Lich. *p.* 298.
Lobaria juniperina. *Hoffm. Fl. G. p.* 145. — *Ej. Pl. Lich. T.* 7. *f.* 2. (Squamaria.)
Lichen juniperinus. *Linn. Fl. Sv. n.* 1093. — *Lightf. Fl. Scot. p.* 836. — *Hoffm. En. Lich. T.* 22. *f.* 1. — *Wahlenb. Fl.* Lapp. *p.* 432.

Habitat in truncis & ramis arbuscularum in primis Juniperinis.

β. C. pinastri: thalli laciniis depressis rotundato-lobatis crenatis, marginibus crispis pulverulentis flavissimis.

C. junipera β. pinastri. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. l. c.*
Lobaria pinastri. *Hoffm. Fl. G. p.* 146. — *Ej Pl. Lich. T.* 7. *f.* 1. (Squamaria.)
Lichen pinastri. *Scop. Fl. Carn. p.* 1387. — *Hoffm. En. Lich. T.* 22. *f.* 2.

Habitat in primis ad truncos Pini prope terram. *Speciem distinctam esse b. m. Schreber in Litteris postulavit.*

2. Cetraria sæpincola: thallo castaneo, subtus livido, laciniis planis adscendentibus lobatis undulatis subcrenatis; apotheciis elevatis

concoloribus, margine thallode rugoso-crenulato.

Cetraria sæpincola α. *Lichenogr. Univ. p.* 507. — *Meth. Lich. p.* 297.
Lobaria sæpincola. *Hoffm. Fl. G. p.* 145. — *Ej. Pl. Lich. T.* 14. *f.* 1. (Platisma)
Lichen sæpincola. *Ehrh. Hanov. Mag. p.* 206. — *Hedw. Stirp.* 2. *T.* 2. *f.* 1—10. — *Hoffm. En. Lich. T.* 17. *f.* 1. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 432.

Habitat ad fruticum caules & ramos.

β. C. ulophylla: thalli lobis lacero-laciniatis, marginibus crispis albido-pulverulentis.

C. sæpincola β. ulophylla. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. l. c.*
Peltidea chlorophylla. *Meth. Lich. p.* 286.
Peltigera chlorophylla. *Willd. Phyt. Fasc.* 2. — *Schrad. Journ. f. d. Bot.* 1801. *St.* 1. *p.* 79.
Lichen scutatus. *Wulf. ap. Jacq. Coll.* 4. *T.* 18. *f.* 1.
Lichen sæpincola β. chlorophylla. *Wahlenb. Fl. Lapp. l. c.*

Habitat ad truncos Pini & sæpimenta lignea.

3. Cetraria ciliaris: thallo livido-fuscescente reticulato-lacunoso, subtus albicante, laciniis crispis ciliatis; apotheciis subelevatis fusconigricantibus, margine thallode crenato.

Cetraria ciliaris. *Lichenogr. Univ. p.* 508.

Habitat in America Septentrionali.

4. Cetraria lacunosa: thallo amplo albo-subvirescente rugoso-reticulato celluloso, subtus albidiori rotundato-lobato, marginibus lacero-crenatis; apotheciis magnis elevatis rufis, margine thallode flexuoso subintegerrimo.

Cetraria lacunosa. *Lichenogr. Univ. p.* 508. — *Meth. Lich. p.* 295. *T.* 5. *f.* 3.

Habitat in America boreali.

5. Cetraria glauca: thallo glauco subnitido subtus fusco-nigro sinuato-lobato, laciniis incisis laceris complicatis adscendentibus; apotheciis elevatis spadiceis, margine thallode rugoso.

Cetraria glauca α. *Lichenogr. Univ. p.* 509. — *Meth. Lich. p.* 296.
Lobaria glauca. *Hoffm. Fl. G. p.* 149.
Lichen glaucus. *Linn. Fl. Sv. n.* 1094. — *Lightf. Fl. Scot. p.* 838. — *Fl. Dan. T.* 598. — *Hoffm. En. Lich. T.* 20. *f.* 1. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 453.

Habitat in truncis arborum saxisque.

*Varia thalli pagina superiori fuscescente ac nigricante, inferiori nigra vel pro parte albicante, magis autem notab lis est:*

β. fallax: thallo utrimque albo, subtus passim nigro maculato.

C. glauca β. fallax. *Lichenogr. Univ. l. c.*

C. fallax. *Meth. Li h. p.* 2...

Lobaria fallax. *Hoffm. Fl. G. p.* 149. — *Ej. Pl. Lich. T.* 45. *f.* 1 3. (Platisma)

Liche i fallax. *Web. Spicil. F. G. p.* 244.

Li hen glaucus. *Wulf. ap. Jacq. Coll.* 4. *T.* 19. *f.* 2.

6. Cetraria nivalis: thallo albo basi flavicante lacunoso reticulato, laciniis erectiusculis planiusculis incisis multifidis lacero-laciniatis, crispis crenato dentatis; apotheciis pallescenti-carneis, margine thallode crenulato.

Cetraria nivalis. *Lichenogr. Univ. p.* 510. — *Meth. Lich. p.* 294.

Lobaria nivalis. *Hoffm. Fl. G. p.* 143.

Lichen nivalis. *Linn. Fl. Sv. n.* 1086. — *Ej. Fl. Lapp. T.* 11. *f.* 1. — *Pall. It. Sib.* 3. *p.* 25. — *Fl. Dan. T.* 227. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 435.

Habitat in campis sterilibus siccis sabulosisque in primis locis alpinis.

7. Cetraria Tilesii: thallo pallide flavo, laciniis linearibus planiusculis sublacunosis lacero-laciniatis, marginibus dentatis; apotheciis subfuscis, margine thallode subintegerrimo.

Habitat in Camtschatka.

*Tam quoad colorem, quam formam thalli, medium tenet inter* Cetr. juniperinam *&* C. nivalem. *Color enim thalli & apotheciorum fere ut in illa, sed thalli habitus ut in hac, a qua tamen dignoscitur laciniis minus crispis, harum marginibus dentibus elongatis instructis & margine thallode subintegerrimo.*

8. Cetraria cucullata: thallo pallescente basi subpurpurascente, laciniis erectis tubuloso-canaliculatis subdichotome laciniatis, marginibus lobato-crispis undulatis sublaceris, fertilibus dilatatis subcucullatis; apotheciis adpressis carneo-pallescentibus, margine thallode integerrimo.

Cetraria cucullata et var. β. nipharga, & γ. tapeina. *Lichenogr. Univ. p.* 511, 512. — *Meth. Lich. p.* 295.

Lobaria cucullata *Hoffm. Fl. G. p.* 143. — *Ej. Pl. Lich. T.* 66. *f.* 2. (Platisma)
Lichen cucullat s. *Bellardi Obs. Bot. p.* 54. — *Smith. in Act Soc. Linn. Lond.* 1. *p.* 84. *T.* 4. *f.* 7. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 430.
Lichen nivalis. *Weis. Web. Scop. Neck. Crantz. Vahl.*
*Variat thalli basi sanguinolenta, fuscescenti, purpureo-violacea & concolori, statura proceriori & humiliori, simpliciori.*

9. Cetraria islandica: thallo olivaceo-castaneo; basi sanguinolento-albidol, subtus albidiori, laciniis erectiusculis sublinearibus multifidis canaliculatis dentato-ciliatis, fertilibus dilatatis; apotheciis adpressis planis concoloribus, margine thallode elevato integerrimo.
Cetraria islandica α. *Lichenogr. Univ. p.* 512. — *Meth. Lich. p.* 293.
Lobaria islandica. *Hoffm. Fl. G. p.* 143. — *Ej. Pl. Lich. T.* 9. *f.* 1. (Lichenoides)
Physcia islandica. *Michaux. Fl. bor. Amer.* 2. *p.* 326.
Lichen islandicus. *Linn. Fl. Sv. n.* 1085. — *Fl. Dan. T.* 153. 879. — *Engl. Bot. V.* 19. *T.* 1350. — *Sv. Bot.* 1. *T.* 34. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 434.
Habitat ad terram in campis apricis & sylvis montosis acerosis.
*Variat quoad thallum laciniis latioribus & perangustis, marginibus dentato ciliatis & omnino nudis inermibus.*

β C. thyreophora: apotheciis submarginalibus tumentibus plicato-rugosis nigris immarginatis, ambitu reflexo.
C. islandica β. thyreophora. *Lich. Univ. l. c.*
Habitat in Sudetis.

γ. C. crispa: apotheciis submarginalibus plano-concaviusculis obscure badiis, margine elevato dentato.
Habitat in Svecia.

10. Cetraria platyna: thallo pallido-cinerascente lævigato, laciniis latiusculis planis diffusis irregulariter sublobatis flexuoso-complicatis, marginibus undulatis, tenuiter innocueque denticulatis.
Habitat in Helvetia ad terram.
*Apothecia non vidi. Media quasi inter* C. glaucam *&* C. nivalem, *sed toto habitu* C. islandicæ *proxima est; a qua colore, latitudine laciniarum thalli & hujus crescendi modo tantum differt, ut pro ejus varietate vix haberi possit. Superficies non lacunosa,*

*nec laciniæ s. lobi, licet parum complicati, canaliculati dici poſſunt.*

11. Cetraria odontella: thallo fusco-castaneo pulvinato expanſoque, laciniis planis palmatim ramosis, marginibus dentatis inermibus.

Cornicularia spadicea β. odontella. *Lichenogr. Univ. p.* 611. (*cum synon. reliquis*) ? — *Meth. Lich. p.* 301.
Lichen odontellus. *Ach. Prodr. p.* 213. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 434.

Habitat ad terram juxta saxa majora per Lapponiam sylvaticam locis alpestribus.

*Ut Speciem propriam adnuente Cl. Wahlenberg iterum distinxi, cui specimina completiora in patria sua propria (Lapponia) videre datum fuit; sed ad* Cetrariæ *retuli ob propinquitatem cum* C. islandica *majorem quam cum* Cornicu lariis, *donec apothecia innotescant.*

---

## XXVI. STICTA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 86. Tab. VIII. f. 1—8.

Receptaculum universale foliaceum coriaceo-cartilagineum expanſum lobatum, subtus liberum villoſum: cyphellis, sorediis vel maculis interspersis. Partiale scutelliforme, subtus a thallo formatum, puncto centrali eidem affixum & adpreſſum. Lamina proligera, Discum efformans, colorata plana intus celluloſo-striata, margine thallode, eam excedente, cincta.

---

1. Sticta filicina: thallo substipitato glaucovirescente, subtus nudiusculo: cyphellis immersis; laciniis costatis sinuato-lobatis; apotheciis sparsis, disco rubro demum convexiusculo fusco, margine thallode tenui integerrimo.

Sticta filicina. *Lichenogr. Univ. p.* 446. — *Meth. Lich. p.* 275.
Platisma Filix. *Hoffm. Pl. Lich.* 3. *T.* 55. *f.* 1. 2.
Lichen Filix. *Swartz. Meth. Musc. ill. T.* 2. *f.* 1. —

*Sw. Fl. Ind. Occ.* 3. *p.* 1904. — *Spreng. Anleit.* 1. *T.* 9. *f.* 90.

Habitat ad arborum truncos in sylvis Iamaicæ & Nov. Zelandiæ.

Sticta cometia: thallo albo-virescente latissimo, subtus lanuginoso: cyphellis plano-concavis margine flexuosis; laciniis sinuato-lobatis repando-subcrenatis ciliatis; apotheciis submarginalibus, disco plano rufescenti, margine thallode radiatim ciliato.

Sticta cometia. *Lichenogr. Univ. p.* 447. — *Meth. Lich. p.* 277. *T.* 5. *f.* 1.

Habitat in Peruvia ad truncos arborum.

Sticta hottentotta: thallo cinerascenti-gilvo, subtus atro rigide hirsuto; laciniis pinnatifido-lobatis pedatisque dentato-crenatis subretusis ciliatis; apotheciis sparsis, concaviusculis, disco obscure fusco, margine thallode ciliato.

Parmelia hottentotta. *Lichenogr. Univ. p.* 456. — *Meth. Lich. p.* 219.

Lichen hottentottus. *Ach. Prodr. p.* 156. — *Thunb. Prodr. Fl. Cap. p.* 278.

Lichen ceranoides. *Lamark. Encycl.*

Habitat in Africa versus Promont. bonæ sp.

*Propter thalli habitum a* Parmeliis *recedentem, sed* Strictis *apprime convenientem ad hoc Genus retuli, licet cyphellarum nulla vestigia in specimine meo adsint.*

Sticta damæcornis: thallo fuscescenti-pallido, subtus villoso fusco: cyphellis sessilibus urceolatis; laciniis pinnatifidis sublinearibus, apice bifidis; apotheciis marginalibus, disco plano rufo demum cum margine thallode nigricante.

Sticta damæcornis α. *Lichenogr. Univ. p.* 446. — *Meth. Lich. p.* 270.

Platisma Cornu Damæ. *Hoffm. Pl. Lich.* 4. *T.* 24. *f.* 1—7.

Pulmonarea dichotoma, P. præmorsa & P. gigantea. *Bory Voy.*

Lichen damæcornis. *Swartz. Fl. Ind. Occ.* 3. *p.* 1900.

Habitat in India Occid. ad truncos arborum.

b. Weigelii: thalli laciniis latioribus marginibus sublobatis flexuoso-crispis fuscoque pulveraceis, subtus nigro-fusco-villosis.

S. damæcornis β. Weigelii. *Lich. Univ. l. c.*

c. canariensis: thallo cinereo-flavo-fusce-

scente: subtus fuscescenti-citrino tomentosulo; laciniis obtuse dentatis, apicibus bifidis.
Pulmonarea camriensis. *Bory Voy.* (*Flörke in Berl. Mag.*)
Habitat in Lauris Ins. Teneriffæ.

5. STICTA laciniata: thallo pallide-helvolo, subtus tomentoso: cyphellis immersis excavatis; laciniis sinuato-lobatis rotundatis, repandis subintegerrimis; apotheciis submarginalibus, disco plano-concavo nigro-fusco, margine thallode subconcolori ruguloso.
Sticta laciniata. *Lichenogr. Univ. p.* 446. — *Meth. Lich. p.* 279.
Platisma laciniatum. *Hoffm. Pl. Lich.* 3 *T.* 65. *f.* 3.
Lichen laciniatus. *Swartz. Fl. Ind. Occ.* 3. *p.* 1899.
Habitat in Iamaica ad truncos arborum vetustos.

6. STICTA crocata: thallo helvolo-fuscescente subtus lacunoso, amplo subtus lanuginoso: sorediis minutis citrinis; laciniis lacero-lobatis marginibus pulverulentis flavidis; apotheciis sparsis, disco fusco-nigro, margine thallode integerrimo.
Sticta crocata. *Lichenogr. Univ. p.* 447. — *Meth. Lich. p.* 277.
Pulmonarea aurigera. *Bory Voy.* 3.
Lichen crocatus. *Linn.* — *Ach. Prodr. p.* 158. (*exclusis reliquis synon.*) *Dicks. Cr. Br.* 2. *p.* 22. - *Dillen. H. M. T.* 84. *f.* 12.
Habitat ad rupes & truncos arborum in Scotia, Hispania, Iamaica & Ins. Borbonia.

β. S. gilva: thallo subimbricato, laciniarum marginibus nudis subintegerrimis.
Sticta gilva. *Meth. Lich. p.* 278.
Lichen gilvus. *Thunb. Prodr. Fl. Cap. p.* 178.
Habitat in Africa ad Cap. b. spei.

7. STICTA aurata: thallo glauco-rutilante latissimo, subtus lanuginoso: sorediis minutis flavis; laciniis rotundatis sinuato-incisis, marginibus undulato-crispis inflexis flavo-pulverulentis.
Sticta aurata. *Lichenogr. Univ. p.* 448. — *Meth. Lich. p.* 277.
Platisma crocatum. *Hoffm. Pl. Lich.* 2. *T.* 38. *f.* 1. 2. 3.
Habitat in India occidentali & Anglia.

8. STICTA orygmæa: thallo e glauco-flavo-ru[illegible]

lante scrobiculato-rugoso latissimo, in ambitu inciso-lobato crenulato nudo, subtus lanuginoso: sorediis minutis flavis; apotheciis sparsis, disco fusco-nigricante, margine thallode rugoso-crenulato.

Sticta orygmaea. *Lichenogr. Univ. p.* 449. — *Meth. Lich. p.* 278.

Habitat in America ad Staaten-Land.

9. Sticta anthraspis: thallo cinereo-pallido-fuscescente lacunoso-reticulato latissimo, in ambitu rotundato lobato subcrenato, subtus ruguloso subvilloso: sorediis minutis albis; apotheciis sparsis, disco nigro demum convexo marginemque thallodem integerrimum excludente.

Sticta anthraspis. *Lichenogr. Univ. p.* 449. — *Meth. Lich. p.* 280.

Habitat in America septentrionali.

10. Sticta retigera: thallo cinerascente lacunoso-punctato, subtus ad margines albo ad centrum flavicante pustulato-reticulato nigro-tomentoso; laciniis lobatis repandis. †

Sticta retigera. *Lichenogr. Univ. p.* 455.

Lichen retiger. *Bory Voy.* 3. *p.* 101.

Habitat in Ins. Borbonia ad truncos fruticum.

11. Sticta pulmonacea: thallo cervino-olivaceo lacunoso-reticulato, subtus villoso: papulis nudis pallidis; laciniis sinuato-lobatis retuso-truncatis; apotheciis submarginalibus; disco planiusculo rufo, margine thallode subrugoso.

Sticta pulmonacea. *Lichenogr. Univ. p.* 449.

Parmelia pulmonacea. *Meth. Lich. p.* 220. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 303.

Lobaria pulmonaria. *Hoffm. Fl. G. p.* 146. — *Ej. Pl. Lich. T.* 1. *f.* 2. (Pulmonaria reticulata) — *Michaux. Fl. Bor. Am.* 2. *p.* 305.

Lichen pulmonarius. *Linn. Fl. Sp. n.* 1087. — *Engl. Bot. V.* 8. *T.* 572. — *Westr. Sv. Lafv. Färg-hist. T.* 20. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 432.

Habitat ad arborum sylvaticarum truncos.

b. pleurocarpa: thallo rugoso-reticulato; apotheciis sparsis frequentissimis, disco demum convexiusculo fusco-nigro, marginem thallodem superante et excludente.

S. pulmonacea α. pleurocarpa. *Lich. Univ, p.* 450.
Habitat in Silesiæ arboribus.

12. Sticta linita: thallo orbiculato gilvo-olivaceo lacunoso-rugoso subnitido subtus fuscescenti-pallido lanuginoso; laciniis latis rotundatis subintegerrimis; apotheciis sparsis aggregatisque, disco plano obscure fusco nigroque, margine thallode tenui subevanescente.
Habitat in Helvetia ad corticem arborum.
*Thallus orbicularis, rotundato-lobatus. Ob hanc formam et habitum situmque apotheciorum, aliasque notas, diversam a* S. pulmonacea *speciem esse judicavimus.*

13. Sticta scrobiculata: thallo suborbiculato plumbeo-griseo latissimo lævi scrobiculato, subtus cinerascente lanuginoso: maculis nudis albis; laciniis rotundato-lobatis irregularibusque subintegerrimis; apotheciis sparsis, disco planiusculo rufo, margine thallode subcrenato.
Sticta scrobiculata. *Lichenogr. Univ. p.* 456.
Parmelia scrobiculata. *Meth. Lich. p.* 219. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 303.
Lobaria verrucosa. *Hoffm. Fl. G. p.* 146. — *Ej. Pl. Lich. T.* 1. *f.* 1. (Pulmonaria)
Lichen scrobiculatus *Scop. Fl. Carn. n.* 1391. — *Fl. Dan. T.* 1007. — *Engl. Bot. T.* 497. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 431.
Lichen verrucosus. *Huds. Fl. Angl. p.* 545. — *Wulf. ap. Jacqu. Coll.* 4. *T.* 18. *f.* 2.
Lichen plumbeus. *Roth. Bot. Mag.* 2. *T.* 1. *f.* 2.
Habitat ad terram inter muscos, in saxis et arborum truncis.

14. Sticta tomentosa: thallo orbiculato glauco subnitido, subtus lanuginoso: cyphellis sessilibus concavis albicantibus; laciniis longiusculis inciso-lobatis repando-subcrenatis, ultimis retuso-bifidis; apotheciis sparsis, disco plano nigro-fusco marginem thallodem subintegerrimum æquante.
Sticta tomentosa. *Lichenogr. Univ. p.* 450. — *Meth. Lich. p.* 279.
Lichen tomentosus. *Swartz Fl. Ind. Occ.* 3. *p.* 1903.
Habitat in Africa et Ind. Occid. ad truncos arborum et supra muscos in rupibus altissimis.

15. Sticta quercizans: thallo orbiculato pla-

no lævigato cervino-pallescente, subtus palli-diori sparsim floccoso-spongioso; laciniis profunde sinuato-lobatis, marginibus repandis; apotheciis sparsis, disco plano subfusco, margine thallode tenui integerrimo.

Parmelia quercizans. *Lichenogr. Univ. p.* 464.

Lichen quercizans. *Michaux. Fl. bor. Amer.* 2. *p.* 324.

Habitat in Carolina ad arborum corticem.

*Apotheciorum et thalli habitu cum* Stictis *convenit.*

16. Sticta dissecta: thallo orbiculato latissimo albido-virescente ambitu lobato, laciniis ultimis sinuatis rotundatis crenatis, subtus villoso-subvenoso; apotheciis sparsis, disco concavo rubro, margine thallode crenulato inflexo.

Sticta dissecta. *Lichenogr. Univ. p.* 451. — *Meth. Lich. p.* 279.

Lichen dissectus. *Swartz Fl. Ind. Occid.* 3. *p.* 1902.

Habitat in India Occident. ad truncos arborum.

b. corrosa: thalli laciniis lacero-lobatis marginibus corroso-fimbriatis; apotheciis amplis subtus granulato-pulverulentis, margine thallode involuto lacero.

S. dissecta *α.* corrosa. *Lich. Univ. l. c.*

Habitat ad arbores inter muscos in Peruvia.

17. Sticta variabilis: thallo viridi, laciniis lobatis, marginibus dissectis crispis, subtus ad margines albicante ad centrum fusco; apotheciis parvis axillaribus, disco flavicante. †

Sticta variabilis. *Lichenogr. Univ. p.* 455.

Lichen variabilis. *Bory. Voy.* 3. *p.* 101.

Habitat in Ins. Borbonia ad truncos arborum.

18. Sticta Groendaliana: thallo orbiculato cinereo-fuscescente subvilloso, ambitu lobato-crenulato, subtus molli albo ad centrum nigro-variegato; apotheciis marginalibus, disco plano subfusco, subtus villosis albis, margine thallode subnullo.

Sticta Gröndaliana. *Lichenogr. Univ. p.* 452.

Habitat in Ins. Borbonia ad arbores.

19. Sticta obvoluta: thallo fuscescenti-cinereo utrimque villoso, lobis rotundatis emarginatis; apotheciis submarginalibus disco concavo obscure fusco, margine thallode involuto integerrimo.

Sticta obvoluta. *Lichenogr. Univ. p.* 452.
Parmelia obvoluta. *Meth. Lich. p.* 218.

Habitat in America prope Fretum Magellanicum et Staaten-Land ad corticem Berberidis Ilicifoliae.

20. Sticta limbata; thallo orbiculato glauco-fuscescente rotundato-lobato, sorediis submarginalibus griseis, subtus villoso: cyphellis concavis albicantibus; apotheciorum disco ferrugineo.

Sticta limbata. *Lichenogr. Univ. p.* 453. — *Meth. Lich. p.* 280.
Lichen limbatus. *Engl. Bot. V.* 16. *T.* 1104. — *Dill. H. M. T.* 26. *f.* 100.

Habitat in Britannia et Helvetia ad radices arborum et rupes muscosas.

*Apothecia hujus ipse nondum vidi.*

21. Sticta fuliginosa; thallo orbiculato glauco-lurido granulis fuscis scabro, subtus cinerascenti-villoso: cyphellis plano concavis albicantibus; laciniis rotundato-lobatis subintegerrimis; apotheciis sparsis, disco ferrugineo nigroque, margine thallode elevato integerrimo.

Sticta fuliginosa. *Lichenogr. Univ. p.* 454. — *Meth. Lich. p.* 281.
Sticta ambavillaria. *Lich. Univ. p.* 455.
Lichen fuliginosus. *Dicks. Cr. Br.* 1. *p.* 13. — *Engl. Bot. V.* 16. *T.* 1103.
Lichen ambavillarius. *Bory. Voy.* 3. *p.* 100.

Habitat in Anglia, Gallia, America et Ins. Borbonia ad truncos arborum fruticumque.

22. Sticta sylvatica: thallo amplo gilvo-fusco nudiusculo subscrobiculato, subtus fusco-villoso; cyphellis excavatis albo-pallescentibus; laciniis incisis lobis difformibus repando-crenatis, apotheciis marginalibus, disco fusco.

Sticta sylvatica. *Lichenogr. Univ. p.* 454. — *Meth. Lich. p.* 281.
Peltigera sylvatica. *Hoffm. Pl. G. p.* 109. — *Ej. Pl. Lich. T.* 4. *f.* 2. (Pulmonaria)
Lichen sylvaticus. *Linn.* — *Jacqu. Coll.* 4. *T.* 12. *f.* 2. — *Dill. H. M. T.* 27. *f.* 101.

Habitat ad montes inter muscos et ad radices arborum sylvaticarum.

*Numquam apothecia proferentem vidi.*

## XXVII. PELTIDEA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 98. Tab. X. f. 6, 7.

Receptaculum universale foliaceum coriaceum expansum subadnatum lobatum, subtus lanugi-noso-venosum: Partiale e thalli lobis propriis productis adscendentibus subtus formatum. Lamina proligera orbiculata, tota thallo suboblique (inferiori segmento elevatiori) adnata colorata plana, intus celluloso-striata, Margine thallode tenui elevato, undique approximato, cincta.

---

1. Peltidea venosa: thallo cinereo-viridi, subtus venis ramosis excurrentibus cinereo-fuscis, lobis rotundatis incisis subintegerrimis; apotheciis marginalibus planis rotundis tumidulis obscure fuscis subcrenulatis.

Peltidea venosa. *Lichenogr. Univ. p.* 514. — *Meth. Lich. p.* 282. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 447.
Peltigera venosa. *Hoffm. Fl. G. p.* 107. — *Ej. Pl. Lich. T.* 6. *f.* 2.
Lichen venosus. *Linn. Fl. Sv. n.* 1097. — *Fl. Dan. V.* 7. *T.* 1125. *f.* 1. — *Engl. Bot. V.* 13. *T.* 887.

Habitat supra terram ad margines viarum et fossarum locis umbrosis humidis glareosis sylvaticis.

2. Peltidea scutata: thallo cinerascente, subtus albidiori subavenio, lobis rotundatis sinuato-incisis crenato-crispis; lobulis fertilibus brevissimis; apotheciis rotundis adscendentibus planiusculis fuscis subintegerrimis.

Peltidea scutata. *Lichenogr. Univ. p.* 515. — *Meth. Lich. p.* 285.
Lichen scutatus. *Dicks. Pl. Cr. Br.* 5. *p.* 18. (*excl. synon. Wulf.*)

Habitat in truncis arborum muscosis.

β. P. collina: thallo subtus nudo passimque venis tomentosis nigricantibus obsesso, lobis oblongis lobatim crispis; apotheciis transverse-oblongis subrevolutis.

Sticta obvoluta. *Lichenogr. Univ. p.* 452.
Parmelia obvoluta. *Meth. Lich. p.* 218.

Habitat in America prope Fretum Magellani cum et Staaten-Land ad corticem Berberidi Ilicifoliæ.

20. Sticta limbata; thallo orbiculato glaueo-fuscescente rotundato-lobato, sorediis submarginalibus griseis, subtus villoso: cyphellis concavis albicantibus; apotheciorum disco ferrugineo.

Sticta limbata. *Lichenogr. Univ. p.* 453. — *Meth. Lich. p.* 280.
Lichen limbatus. *Engl. Bot. V.* 16. *T.* 1104. — *Dill. H. M. T.* 26. *f.* 100.

Habitat in Britannia et Helvetia ad radices arborum et rupes muscosas.

*Apothecia hujus ipse nondum vidi.*

21. Sticta fuliginosa; thallo orbiculato glauco-lurido granulis fuscis scabro, subtus cinerascenti-villoso: cyphellis plano concavis albicantibus; laciniis rotundato-lobatis subintegerrimis; apotheciis sparsis, disco ferrugineo nigroque, margine thallode elevato integerrimo.

Sticta fuliginosa. *Lichenogr. Univ. p.* 454. — *Meth. Lich. p.* 281.
Sticta ambavillaria. *Lich. Univ. p.* 455.
Lichen fuliginosus. *Dicks. Cr. Br.* 1. *p.* 13. — *Engl. Bot. V.* 16. *T.* 1103.
Lichen ambavillarius. *Bory. Voy.* 3. *p.* 100.

Habitat in Anglia, Gallia, America et Ins. Borbonia ad truncos arborum fruticumque.

22. Sticta sylvatica; thallo amplo gilvo-fusco nudiusculo subsorobiculato, subtus fusco-villoso; cyphellis excavatis albo-pallescentibus; laciniis incisis lobis difformibus repando-crenatis, apotheciis marginalibus, disco fusco.

Sticta sylvatica. *Lichenogr. Univ. p.* 454. — *Meth. Lich. p.* 281.
Peltigera sylvatica. *Hoffm. Fl. G. p.* 109. — *Ej. Pl. Lich. T.* 4. *f.* 2. (Pulmonaria)
Lichen sylvaticus. *Linn.* — *Jacqu. Coll.* 4. *T.* 12. *f.* 2. — *Dill. H. M. T.* 27. *f.* 101.

Habitat ad montes inter muscos et ad radices arborum sylvaticarum.

*Numquam apothecia proferentem vidi.*

## XXVII. PELTIDEA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 98. Tab. X. f. 6, 7.

Receptaculum universale foliaceum coriaceum expansum subadnatum lobatum, subtus lanuginoso-venosum. Partiale e thalli lobis propriis productis adscendentibus subtus formatum. Lamina proligera orbiculata, tota thallo suboblique (inferiori segmento elevatiori) adnata colorata plana, intus celluloso-striata, Margine thallode tenui elevato, undique approximato, cincta.

---

1. Peltidea venosa: thallo cinereo-viridi, subtus venis ramosis excurrentibus cinereo-fuscis, lobis rotundatis incisis subintegerrimis; apotheciis marginalibus planis rotundis tumidulis obscure fuscis subcrenulatis.

Peltidea venosa. *Lichenogr. Univ. p.* 514. — *Meth. Lich. p.* 282. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 447.

Peltigera venosa. *Hoffm. Fl. G. p.* 107. — *Ej. Pl. Lich. T.* 6. *f.* 2.

Lichen venosus. *Linn. Fl. Sv. n.* 1097. — *Fl. Dan. V.* 7. *T.* 1125. *f.* 1. — *Engl. Bot. V.* 13. *T.* 887.

Habitat supra terram ad margines viarum et fossarum locis umbrosis humidis glareosis sylvaticis.

2. Peltidea scutata: thallo cinerascente, subtus albidiori subavenio, lobis rotundatis sinuato-incisis crenato-crispis; lobulis fertilibus brevissimis; apotheciis rotundis adscendentibus planiusculis fuscis subintegerrimis.

Peltidea scutata. *Lichenogr. Univ. p.* 515. — *Meth. Lich. p.* 285.

Lichen scutatus. *Dicks. Pl. Cr. Br.* 5. *p.* 18. (*excl. synon. Wulf.*)

Habitat in truncis arborum muscosis.

β. P. collina: thallo subtus nudo passimque venis tomentosis nigricantibus obsesso, lobis oblongis lobatim crispis; apotheciis transverse-oblongis subrevolutis.

P. scutata β. collina. *Lich. Univ. l. c.*
P. rufescens β. collina. *Meth. Lich. p.* 285.
Peltigera collina. *Schrad. Jorn. f. d. Bot.* 1801. *st.* 1. *p.* 78.
Lichen collinus. *Ach. Prodr. p.* 162.
Habitat in collibus nemorosis supra terram inter muscos.

3. Peltidea horizontalis: thallo glauco-fuscoque-virescenti glabro, subtus albissimo venis nigris reticulato, lobulis fertilibus abbreviatis, apotheciis terminalibus planis horizontalibus transverse-oblongis badiis integerrimis.

Peltidea horizontalis α. *Lichenogr. Univ. p.* 515. — *Meth. Lich. p.* 288. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 447.
Peltigera horizontalis. *Hoffm. Fl. G. p.* 107.
Lichen horizontalis. *Linn.* — *Wulf. ap. Jacqu. Coll.* 4. *T.* 16. — *Fl. Dan. T.* 533. — *Engl. Bot. V.* 13. *T.* 888.
Habitat ad saxa inter muscos in sylvis montosis.

β. P. hymenina: thallo cervino-virescente tenui membranaceo, subtus albido subavenio fusco-fibrilloso; loborum marginibus elevatis flexuoso-crispis.

P. horizontalis β. hymenina. *Lichenogr. Univ. p.* 516.
P. hymenina. *Meth. Lich. p.* 284.

γ. P. lophyra: thallo glauco-fuscescente nitido subtus nigro-subvenoso, lobis rotundato-laciniatis marginibus elevatis inflexis crispis crenatis.

P. horizontalis γ. lophyra. *Lich. Univ. l. c.*
*Dillen. H. M. T.* 28. *f.* 104. *A.*

4. Peltidea aphthosa; thallo livido-virescente lævigato, cephalodiis verruciformibus adsperso. subtus venis nigris reticulato; lobulis fertilibus longiusculis in medio angustatis margine reflexis; apotheciis terminalibus amplis adscendentibus rubris, margine thallode inflexo sublacero.

Peltidea aphthosa α et β verrucosa. *Lichenogr. Univ. p.* 516, 517. — *Meth. Lich. p.* 287. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 446. — *Sv. Bot. V.* 5. *T.* 318.
Peltigera aphthosa. *Hoffm. Fl. G. p.* 107. — *Ej. Pl. Lich.* 1. *T.* 6. *f.* 1.
Lichen aphthosus. *Linn. Fl. Sv. n.* 1098. — *Wulf. ap.*

*Jacqu. Coll.* 4. *T.* 17. — *Fl. Dan. T.* 767. *f.* 1. — *Engl. Bot. V.* 16. *T.* 1119.
Lichen verrucosus. *Web. Spicil. Fl. G. p.* 273.
Habitat supra terram et muscos in sylvis acerosis.

5. Peltidea canina: thallo cinereo-virescente subtomentoso subtus venis cinereo-fuscis reticulato; lobulis fertilibus longiusculis margine reflexis; apotheciis terminalibus erectiusculis revolutis rufis, margine thallode tenui subcrenulato.
Peltidea canina α. et β. spuria. *Lichenogr. Univ. p.* 517, 518. (*exclus. var.* δ. inflexa.) — *Meth. Lich. p.* 284. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 446.
Peltidea spuria. *Meth. Lich. p.* 283. *Tab.* 5. *f.* 2.
Peltigera canina. *Hoffm. Fl. G. p.* 106.
Lichen caninus. *Linn. Fl. Sv. n.* 1100. — *Jacqu. Coll.* 4. *T.* 14. *f.* 1. — *Fl. Dan. T.* 767. *f.* 2. — *Dill. H. M. T.* 27. *f.* 102.
Habitat supra terram locis montosis sylvaticis.

β. P. membranacea: thallo tenui membranaceo subtomentoso rotundato-lobato, subtus albicante venisque concoloribus reticulato, lobulis fertilibus brevibus; apotheciis minutis.
P. canina γ. membranacea. *Lich. Univ. p.* 518.
Habitat in Helvetia.

γ. P. crispa: thallo polyphyllo cinereo-fusco-rufescente subtomentoso, lobis profunde sinuato-laciniatis, laciniis angustis margine elevatis crispis: lobulis fertilibus rarissimis brevibus cum apotheciis cucullato-revolutis.
P. canina ε. crispa. *Lich. Univ. p.* 519. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 446.
P. rufescens. *Meth. Lich. p.* 285. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 304.
Peltigera rufescens? *Hoffm. Fl. G. p.* 107.
Lichen rufescens? *Neck. Meth.* 79. — *Wulf. ap. Jacqu. Coll.* 4. *T.* 15. — *Dill. H. M. T.* 27. *f.* 103.
Habitat ad terram inter & supra saxa.

δ. P. glabra: thallo pallido-fuscescenti-viridi lævissimo subnitido rotundato-lobato, margine crenulato.
Habitat in Helvetia.
*Forte propria species? sed ob defectum apotheciorum in speciminibus visis nec dum distinguere debui.*

6. Peltidea malacea: thallo cinereo subvirescente utrimque subtomentoso, subtus incano subavenio, lobis rotundatis marginibus flexuosis incurvis, fertilibus subnullis; apotheciis supra-marginalibus amplis fusco-atris apice inflexis, margine thallode subintegerrimo.

Habitat in Helvetia supra muscos.

b. inflexa: lobis ad basin subtus subvenosis, marginibus apotheciisque parvis inflexis, lobulis fertilibus brevibus.

P. canina δ. inflexa. *Lich. Univ. p.* 518.

Habitat in Gallia et Helvetia.

*Hæcce species* Stictam limbatam *satis assimilat, tamen propius accedit ad* Peltid. caninam, *licet multo minor et ab ea satis diversa paginæ inferioris colore intumescente vel griseo versus basin nigricante, superficie molli fere avenia; apotheciis fere atris etiam dum humectantur, horumque inflexione ab apice nec recurvatione laterali. Thallus per ætatem etiam lævigatus evadit, subtus magis villosus vel omnino fusco-niger.*

7. Peltidea polydactyla: thallo glauco-virescente nudo glabro, subtus venis fuscis reticulato; lobulis fertilibus creberrimis elongatis apotheciisque terminalibus obscure fuscis marginibus cucullato-revolutis.

Peltidea polydactyla α. *Lichenogr. Univ. p.* 519. — *Meth. Lich. p.* 286.
Peltigera polydactyla. *Hoffm. Fl. G. p.* 106.
Lichen polydactylus. *Neck. Meth. p.* 85. — *Jacqu. Coll.* 4. *T.* 14. *f.* 2. *a. b.*
*Dill. H. M. T.* 28. *f.* 107.

Habitat ad terram in sylvis et dumetis.

β. P. pellucida: thallo membranaceo subpellucido, lobis fertilibus elongatis adscendentibus geminatis. †

P. polydactyla β. pellucida. *Lich. Univ. p.* 520. — *Meth. Lich. p.* 287.
Lichen caninus *var.* pellucidus. *Web. Spicil. Fl. G. p.* 270.
*Dill. H. M. T.* 28. *f.* 108.

γ. P. microcarpa: thallo cinereo-fusco-virescente, lobulis fertilibus brevibus angustis subbifidis apotheciisque minutis.

P. polydactyla γ. microcarpa. *Lich. Univ. l. c.*
Peltigera polydactylon? *Hoffm. Pl. Lich.* 1. *p.* 19. *T.* 4. *f.* 1.

## XXVIII. NEPHROMA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 101. Tab. XI. f. 1.

Receptaculum universale foliaceum coriaceo-membranaceum expansum lobatum, subtus liberum nudum vel subvillosum. Partiale resupinatum; e thalli lobis propriis productis adscendentibus supra formatum Lamina proligera reniformis tota thallo ejusque paginae aversae adnata colorata plana, intus celluloso-striata, Margine thallode, superne approximato inflexo, inferius remotiori subelevato, circumsepta.

---

1. Nephroma polaris: thallo sulphureo, subtus plaga nigricante subvillosa; apotheciorum lamina subaurantiaco-rubra.
   Nephroma polaris. *Lichenogr. Univ. p.* 521.
   Peltidea polaris, *Meth. Lich. p.* 288. — *Fl. Dan. V.* 8. *T.* 1430.
   Peltidea arctica. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 448.
   Lichen arcticus *et* L. antarcticus *Linn.* — *Jacqu. Misc. T.* 10. *f.* 1.
   Lichen polaris. *Ach. Prodr. p.* 163.
   Lichen groenlandicus. *Fl. Dan. T.* 466. — *Ach. Prodr. p.* 155. — *Meth. Lich. p.* 220. (Parmelia)
   Habitat ad terram camposque sylvaticos in regionibus sub circulo polari in utroque orbis hemisphaerio.

2. Nephroma resupinata: thallo castaneo-livido, subpallido pubescente granulato, lobulis fertilibus brevibus; apotheciorum lamina rufa.
   Nephroma resupinata α. *Lichenogr. Univ. p.* 522.
   Peltidea resupinata. *Meth. Lich. p.* 289. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 304. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 447.
   Peltigera tomentosa. *Hoffm. Fl. G. p.* 108.
   Lichen resupinatus. *Linn.* — *Jacqu. Coll.* 4. *T.* 12. *f.* 1. — *Dill. H. M. T.* 28. *f.* 105.
   Habitat ad montes et arborum radices supra terram.

β. N. papyracea: thallo tenui olivaceo-viri-

di subtus lævi, marginibus demum crispis pulverulentis.

N. resupinata β. papyracea. *Lich. Univ. p.* 522.
Peltidea resupinata β. papyracea. *Wahlenb. Fl. Lapp. l. c.*
Peltigera papyracea. *Hoffm. Fl. G. p.* 108.

Habitat in subsylvaticis et alpinis locis.

3. NEPHROMA unguigera: thallo griseo tomentoso, subtus albo-lutescente; apotheciorum lamina ferruginea. †

Nephroma unguigera. *Lichenogr. Univ. p.* 523.
Lichen unguigerus. *Bory. Voy.* 3. *p.* 101.

Habitat in Ins. Borbonia ad truncos fruticum.

*Apothecia exacte marginalia. Loborum margines subcrenati. An re vera* Nephromæ *l.* Cetrariæ *species inquirant autoptæ.*

4. NEPHROMA parilis: thallo livide-fusco, subtus nudo rugosiusculo nigricante, lobulis fertilibus brevibus; apotheciorum lamina subfusca.

Nephroma parilis. *Lichenogr. Univ. p.* 522.
Peltidea parilis. *Meth. Lich. p.* 289.
Lichen parilis. *Ach. Prodr. p.* 164.

Habitat supra muscos ad montes in Svecia.

5. NEPHROMA lævigata: thallo sub-cartilagineo, fusco-castaneo, subtus pallido lacunoso-rugoso, utrimque glabro subnitente, lobulis fertilibus brevissimis; apotheciorum lamina badia.

Habitat in Svecia ad terram locis montosis.

*Crassior & magis cartilaginea quam reliquæ species, substantia fere* cetrariæ. *Colore utriusque paginæ, superficie nuda lævigata atque statura minori ab affinibus satis diversa videtur.*

6. NEPHROMA helvetica: thallo glauco-fuscescente, subtus hirto nigro, in ambitu pallidiori, lobulis fertilibus brevibus; apotheciorum lamina nigra.

Nephroma helvetica. *Lichenogr. Univ. p.* 523.

Habitat in Helvetia supra montes.

7. NEPHROMA cellulosa: thallo virescente reticulato-celluloso, subtus nudo albo bullato; apotheciorum lamina rubra. †

Nephroma cellulosa. *Lichenogr. Univ. p.* 523.
Peltidea cellulosa. *Meth. Lich. p.* 289.

Habitat ad Fretum Magellanicum.

*Species parva secundum Cl. Smith.*

## XXIX. ROCCELLA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 81. Tab. VII. f. 8. 9.

Receptaculum universale coriaceo-cartilagineum ramoso-laciniatum, teres vel planum, erectiusculum vel pendulum, intus stuppeum. Partiale scutelliforme crassum thallo innatum. Lamina proligera, Discum efformans, plano-convexa colorata cartilaginea, intus hyalina similaris, Margine thallode demum prominente sessili discumque æquante cincta, Massam sublentiformem pulveraceam compactam atram, intra substantiam thalli reconditam, obtegens.

---

1. Roccella tinctoria: thallo tereti glauco-viridi subramoso erectiusculo; apotheciis sparsis elevatis, disco plano cæsio-pruinoso marginem thallodem æquante.

Roccella tinctoria α *Lichenogr. Univ. p.* 439.
Parmelia Roccella. *Meth. Lich. p.* 274.
Lichen Roccella. *Linn.* — *Bory Voy.* 3. — *Engl. Bot. T.* 211.
*Dill. H. M. T.* 17. *f.* 39.

Habitat ad rupes marinas Europæ austr. in Ins. Azoricis, Canariis, Borbonia.

β R. hypomecha: thallo tereti glauco filiformi longissimo simpliciusculo subconjugato prostrato pendulo.

R. tinctoria β hypomecha. *Lich. Univ. l. c.*
Parmelia Roccella β. hypomecha. *Meth. Lich. p.* 274.

Habitat in Africa ad Cap. b. Sp.

*Apothecia per ætatem marginem thallodem amittunt, convexa nuda glabra et atra evadunt.*

2. Roccella phycopsis: thallo tereti-compresso subanguloso que cinereo-virescente ramosissimo, ramis ramulisque subfastigiatis; apotheciis sparsis, disco pruinoso plano, demum denu-

dato atro, margine thallode subirregulari evanescente.

Roccella phycopsis. *Lichenogr. Univ.* p. 440.
Lichen fucoides. *Dicks. Cr. Br.* 2. *p.* 22.
*Dill H M. T.* 22. *f.* 60. (*imperfecta specimina*)

Habitat ad rupes in locis maritimis Angliæ, Galliæ, Ind. Or.

5. Roccella fuciformis: thallo plano cinereo, virescente dichotome laciniato, laciniis attenuatis; apotheciis marginalibus.

Roccella fuciformis. *Lichenogr. Univ. p.* 440.
Parmelia fuciformis. *Meth. Lich. p.* 258.
Lichen fuciformis. *Linn. Engl. Bot. V.* 11. *T.* 728.
*Dill. H. M. T.* 23. *f.* 61.

Habitat in rupibus marinis Hispaniæ, Angliæ, Ind. Or.

b linearis: thalli laciniis angustis sublinearibus albis vel glaucescentibus margine soredifer is.

R. fuciformis β linearis. *Lich. Univ. l. c.*

Habitat in Hispania, Sumatra.

---

## XXX. EVERNIA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 84. Tab. X. f. 1—2.

Receptaculum universale subcrustaceum ramoso-laciniatum, angulosum vel compresso-planum, erectiusculum vel pendulum, intus stuppeum. Partiale scutelliforme sessile circumcirca elevatum. Lamina proligera, Discum efformans, tenuis concava colorata, intus similaris, cum margine thallode, eam excedente, inflexa.

---

1. Evernia divaricata: thallo ochroleuco, laciniis ramosis elongatis divaricatis laxis pendulis compressis lacunoso-rugosis subarticulatis; apotheciorum disco rubro.

Evernia divaricata. *Lichenogr. Univ. p.* 441.
Parmelia divaricata. *Meth. Lich. p.* 269.

Usnea flaccida. *Hoffm. Fl. G. p.* 133. — *Ej. Fl. Lich.* 3. *T.* 67. *f.* 1. 2.
Lichen divaricatus. *Linn.* — *Ach. Prodr. p.* 226. — *Thunb. Fl. Cap. Prodr. p.* 180.

Habitat ad arborum acifoliarum cacumina demortua.

Evernia prunastri: thallo albo-pallescente, laciniis dichotomo-multifidis erecto-adscendentibus lineari-attenuatis planis rugoso-lacunosis; subtus subcanaliculatis albissimis; apotheciorum disco rufescente.

Evernia prunastri α. *var.* β. sticłocera, γ. gracilis *et* ζ. soredifera. *Lichenogr. Univ. p.* 442, 443.
Parmelia prunastri. *Meth. Lich. p.* 257. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 304.
Lobaria prunastri. *Hoffm. Fl. G. p.* 140.
Lichen prunastri. *Linn.* — *Engl. Bot.* V. 12. *T.* 859. — *Westr. Sv. Lafv. Färg-Hist. T.* 11. *f. A.*
Lichen corniculatus. *Relh. With.*
Lichen stictoceros. *Engl. Bot. V.* 19. *T.* 1353.

Habitat ad truncos arborum et sæpimenta lignea.

*Cephalodia nigra interdum occurrunt in laciniarum apicibus sparsaque. Soredia alba in vetustioribus individuis etiam observantur.*

b. phellina: thalli laciniis congestis brevibus utrimque lævissimis planis lacero-laciniatis subpalmatis.

E. prunastri δ phellina. *Lich. Univ. l. c.* — *Meth. Lich. p.* 258. (Parmelia)

Habitat in Hispania ad corticem Quercus Suberis.

c. retusa: thalli laciniis congestis breviter sinuato-laciniatis subfastigiatis apicibus obtusis retuso-emarginatis.

E. prunasti ε. retusa. *Lich. Univ. p.* 443. — *Meth. Lich. p.* 257. (Parmelia) — *Westr. l. c. T.* 11. *f. B.*

Habitat in tectis et sæpibus ligneis.

d. candidula: thallo molliusculo incano-glaucescente subtus albissimo, laciniis sinuato laciniatis breviusculis subfastigiatis, apicibus dentatis nigricantibus, marginibus dentato-appendiculatis.

Habitat in America Septentrionali.

Evernia vulpina: thallo flavo-virescenti ramosissimo, laciniis attenuatis anguloso-com-

pressiusculis lacunosis flexuosis; apotheciorum disco fuscescente.

Evernia vulpina α. et var. γ. incomta. Lichenog. Univ. p. 443, 444. (excl. synon. s, fig. cit. Dillenii
Parmelia vulpina. Meth. Lich. p. 268. — Clem. En. &c. Add. p. 304.
Usnea vulpina. Hoffm. Fl. G. p. 138.
Lichen vulpinus. Linn. — Fl. Dan. T. 226. — Jacqu Misc. 2. T. 10. f. 4.

Habitat in sæpibus et tectis ligneis vetustis.

b. xantholina: thalli laciniis elongatis compressiusculis anguloso-subancipitibus attenuatis flavissimis.

E. vulpina β. xantholina. Lich. Univ. p. 444.
Lichen citrinus. Schrank. Fl. Bavar.

Habitat in Pinu Cembra Helvetiæ, Styriæ.

---

## XXXI. DUFOUREA.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 103. Tab. XI. f. 2.

Receptaculum universale membranaceum teretiusculum liberum ramosum, intus fistuloso-substuppeum. Partiale orbiculatum in thalli tubulosi apicibus terminale, subtus inflatum s. inane. Lamina proligera crassiuscula, Discum efformans, plano-convexa colorata, intus similaris, strato tenui e thalli substantia subtus vestita, Margine thallode in ambitu affixa cinctaque.

---

1. Dufourea flammea: thallo flavescente, ramis impresso-sublacunosis fistulosis; apotheciorum disco flavo-aurantiaco.

Dufourea flammea. Lichenogr. Univ. p. 524.
Parmelia flammea. Meth. Lich. p. 254.
Lichenoides flammeum. Hoffm. Pl. Lich. T. 3. f. 1.
Lichen flammeus. Linn. Suppl. Pl. p. 451. — Act. Med. Svec. 1. T. 15. f. 3.

Habitat in Africa prope Cap. b. sp. ad arborum corticem.

2. Dufourea mollusca: thallo cinereo-subfuscescente, ramis brevibus turgidis fistulosis; apotheciorum disco rufo fusco.
Dufourea mollusca. *Lichenogr. Univ. p.* 524.
Parmelia mollusca. *Meth. Lich. p.* 255. *T.* 4. *f.* 5.
Habitat in Africa ad Saldahna Bay supra saxa.

3. Dufourea ryssolea: thallo olivaceo-fusco, ramis compressiusculis impresso-sublacunosis subfistulosis.
Dufourea ryssolea. *Lichenogr. Univ. p.* 525.
Habitat in Sibiria. *Apothecia ignota.*

4. Dufourea madreporiformis: thallo albopallescente, ramis brevibus turgidis fastigiatis subfistulosis.
Dufourea madreporiformis. *Lichenogr. Univ. p.* 525.
Lichen madreporiformis. *Wulf. ap. Jacqu. Coll.* 3. *T.* 3. *f.* 2.
Habitat in rupibus Austriæ, Helvetiæ. *Apothecia nondum detecta.*

5. Dufourea? obtusata: thallo cæspitoso, ramis teretibus obtusis solidiusculis; apotheciorum disco nigro. †
Dufourea obtusata. *Lichenogr. Univ. p.* 525.
Stereocaulon obtusatum. *Meth. Lich. p.* 317.
Lichen obtusatus. *Fl. Dan. T.* 1126. *f.* 1. — *Ach. Prodr. p.* 209.
Habitat in rupibus marinis Norrlandiæ Norvegicæ.
*De Genere hujus accuratius inquirant autoptæ.*

# ORDO TERTIUS.

## XXXII. CENOMYCE.

Ach. Lichenogr. Univ. p. 105. Tab. XI, F. 3–6

Receptaculum universale crustaceo-cartilagineum Foliaceum laciniatum subimbricatum liberum (rarius adnatum uniforme vel deficiens) podetia subfistulosa fertilia sterilia que proferens. Partiale orbiculatum immarginatum demum convexum capituliforme, subtus inflatum s. inane, ambitu ad thallum vel podetia affixum, terminale. Lamina proligera apothecium supra efformans crassiuscula colorata, intus similaris, convexa in ambitu reflexa et affixa, subtus tegmine flocculoso thalli vestita.

---

† *Thallo subcrustaceo uniformi, podetiis inanibus.* (Pycnothelia)

1. Cenomyce papillaria: thallo subcrustaceo uniformi granulato cinereo, podetiis ventricosis glabris albis simplicibus ramulosisque, ramis brevibus confluentibus subfastigiatis; apotheciis minutis rufo-fuscis.

Cenomyce papillaria $\alpha$. *et var.* $\beta$. moláriformis. *Lichenogr. Univ. p.* 571.
Bæomyces papillaria *et var.* $\beta$. molariformis. *Meth. Lich. p.* 323, 324. (*exclus. synom Wulf. et Web.*)
Cladonia papillaria *et* Cl. molariformis. *Hoffm. Fl. G. p.* 117.
Lichen papillaria. *Ehrh. Beytr.* 2. *p.* 105. — *Engl. Bot. V.* 13. *T.* 907.
Dillen. *Hist. Musc. T.* 16. *f.* 28.

Habitat supra terram limosam et macram.

2. Cenomyce retipora: thallo subcrustaceo granulato-imbricato, podetiis confertis crassis demum concretis reticulato-pertusis, ramulis ter-

minalibus fertilibus papillatis; apotheciis aggregatis cylindricis demum incrassatis capituliformibus atris. †.

Bæomyces retiporus. *Labillardiere. Nov. Holland. Pl. Spec.* 2. *p.* 110. *T.* 254. *f.* 2.

Habitat in Cap. van Diemen ad terram inter frutices.

*Magna. Thallus cartilagineo crustaceus, granulis nitidis imbricatis evanescens. Podetia pallide sulphurea demum subcastanea, juniora erecta confertissima subdichotoma crassiuscula teretia reticulatim pertusa una cum ramulis tubulosa apice submamillaria demum connato difformia. Apothecia in apicibus obtusis papillosis cylindrica atra, demum intumescentia capituliformia ventricosa compressa ambitu subreflexa.*

†† *Thallo foliaceo, podetiis fistulosis sursum dilatatis scyphiferis vel attenuatis subulatis, scyphis diaphragmate clausis.* (Scyphophora.)

* *Apotheciis fuscis vel pallidis.*

3. Cenomyce cæspiticia: thallo foliaceo parvo, laciniis pinnatifidis lacero-crispis; podetiis brevissimis lævibus submarginalibus turbinato-scyphuliformibus regularibus; apotheciis demum convexis conglomeratis inque lobulis thalli subsessilibus fuscis.

Cenomyce epiphylla et var. β. cæspiticia. *Lichenogr. Univ. p.* 527.

Capitularia cæspiticia. *Flörke in Web. Beytr. V.* 2. *p.* 277.

Cladonia fusca. *Hoffm. Fl. G. p.* 127. — *Ej. En. Lich. T.* 8. *f.* 4. (Tubercularia)

Bæomyces cæspiticius. *Persoon. ap. Uster. in ann. d. Bot. st.* 7. *p.* 255. — *Meth. Lich. p.* 325.

Bæomyces epiphyllus. *Meth. Lich. l. c.*

Lichen epiphyllus. *Ach. Prodr. p.* 185. — *Schrad. Journ. f. d. Bot.* 1801. *St.* 1. *p.* 78.

Lichen symphycarpus. *Ehrh. Cr. n.* 267. — *Schrad. Kr. Saml. n.* 133. (*secund. Flörke l. c.*)

Habitat ad terram et truncos putridos, inter muscos et supra saxa.

4. Cenomyce strepsilis: thallo foliaceo parvo, laciniis multifidis adscendentibus, lacinulis elongatis sublinearibus dentato-repandis apice incurvis: podetiis brevissimis lævigatis terminalibus subaggregatis turbinato-scyphuliformi-

bus regularibus; apotheciis marginalibus sessilibus subglobosis fusco-nigris.

Cenomyce strepsilis *α*. *Lichenogr. Univ. p.* 527.
Bæomyces strepsilis. *Meth. Lich. Suppl. p.* 52.

Habitat in Svecia ad terram muscosam.

*Scyphuli vetusti aperto-pervii evadunt.*

b. plumosa: thalli laciniis brevibus confertissime imbricatis tenuissime laciniulatis marginibus crenulato-granulatis albo-pallescentibus, subtus pulverulentis albissimis.

C. strepsilis *β*. plumosa. *Lich. Univ. p.* 528.

5. Cenomyce alcicornis: thallo foliaceo insigni pallido-virescente, laciniis subpalmatis adscendentibus repando-dentatis obtusis inflexis, fasciculis pilorum marginalibus: podetiis elongato-turbinatis omnibus scyphiferis lævibus, scyphis regularibus crenatis, margine demum foliosis proliferisque; apotheciis fuscis.

Cenomyce alcicornis *α*. *Lichenogr. Univ. p.* 529. (*excl. variet. et synon. Dill.*)
C. damæcornis *et var.* *γ*. phyllophora (*excl. synon. Ehrh.*) *l. c. p.* 530. (*excl. var. β* gentilis)
Bæomyces alcicornis. *Meth. Lich. p.* 349. — *Clem. Ens. &c. Add. p.* 305.
Capitularia alcicornis. *Flörke in Web. Beytr.* 2. *p.* 336.
Cladonia foliacea. *Hoffm. Fl. G. p.* 123. — Cl. phyllophora *ibm.* (*excl. synon. Ehrh.*) — & Cl. cornucopioides *ibm. p.* 128. (*exclus. synon.*)
Lichen alcicornis. *Lightf. Fl. Scot. p.* 872. — *Ach. Prodr. p.* 184.
Lichen foliaceus. *Huds. Fl. Angl. p.* 457. — *Schreb. et alior.*
*Dill. H. M. T.* 14. *f.* 12. *A. Vaill. Bot. Par. T.* 21. *f.* 5.

Habitat ad terram in ericetis et locis montosis.

*Fide Cel. Flörkei* Cenom. gentilem (*Lichenogr. Univ. p.* 530) *secundum thallum mihi tantum notam exclusi, tamen ignorans utrum propria species sit, an ad aliam quandam referri debeat.*

6. Cenomyce endiviæfolia: thallo foliaceo insigni, glaucovirescente, laciniis multifidis flexuosis crenatis crispis, podetiis turbinato-scyphiformibus subsimplicibus; apotheciis rufescentibus.

Cenomyce endivifolia. *Lichenogr. Univ. p.* 528. (*Excl. synon. Hoffm.*)

Bæomyces endivifolius. *Meth.* Lich. p. 351. — *Clem. Ens. &c. Add. p. 305.*
Lichen endivifolius. *Dicks. Pl. Cr. Br.* 3. *p.* 17.
*Mich. Gen. Tab.* 42. *f.* 3.

Habitat ad terram in ericetis sterilibus.

*Character specificus forte emendandus, nam vix ulla specimina genuina vidi, neque figuram et descriptionem Michelii conferre licuit.*

7. Cenomyce cervicornis: thallo foliaceo cæsio-virescente, laciniis erectis multifidis angustis subdentato-repandis: podetiis cylindricis brevibus glabris lividis demum nigris, omnibus scyphiferis: scyphis parvis regularibus dilatatis integerrimis planiusculis, e centro prolificantibus; apotheciis marginalibus sessilibus fusco-nigris.

Cenomyce cervicornis α. *et var.* β. prodiga. *Lichenogr. Univ. p.* 531, 532.
Bæomyces cervicornis. *Meth. Lich. p.* 336.
Lichen cervicornis. *Ach. in Nov. Act. Acad. Sc. Stockh. V.* 22. *p.* 342. *Tab.* 4. *f.* 3.

Habitat ad terram supra saxa et inter muscos.

*Variat scyphis simplicibus vel e centro diaphragmatis interdum repetito-proliferis, podetiisque per ætatem foliosis.*

8. Cenomyce verticillata: thallo foliaceo, laciniis erectiusculis crispis crenato-incisis: podetiis cylindricis glabriusculis livide-virescentibus, omnibus scyphiferis, scyphis regularibus denticulatis planiusculis, e centro demum elevato repetito aggregatoque prolificantibus; apotheciis marginalibus fuscis.

Cenomyce allotropæ *var.* δ. verticillata. *Lichenogr. Univ, p.* 555. (*excl. fig. cit. Vaill.*)
Bæomyces turbinatus γ. verticillatus. *Meth. Lich. p.* 340.
B. pyxidatus ζ apolictus. *ibm. p.* 338.
B. verticillatus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 454.
Scyphophorus verticillaris. *Michaux. Fl. Bor. Amer. Suppl.*
Pyxidaria nigrescens *et* P. diplocea. *Bory Voy.* 3.
Cladonia dilatata. *Hoffm. Fl. G. p.* 126. (*absque prolificationibus*)
Cl. pyxidata *v.* verticillata *et v.* prolifera. *ibm. p.* 122. (*excl. fig. cit. Vaill.*)
Cl. cristata. *Hoffm. l. c. p.* 124. (*excl. fig. cit. Dill.*) *specim. vetust. squamos.*

Capitularia verticillata. *Flörke. in Web. Beytr.* 2. *p.* 283.
Lichen pyxidatus. *Ehrh. Cr. Saml.*
*Dill. H. M. T.* 14. *f.* 6. *D.* — *H. f.* 9. *B.* — *Mich. Gen. T.* 42. *f. F. dextra.*

Habitat supra terram locis saxosis sylvaticis apricis.

*Margo scyphorum per ætatem squamoso foliaceus.*

9. Cenomyce pyxidata: thallo foliaceo, laciniis crenulatis adscendentibus: podetiis omnibus turbinatis scyphiformibus glabris demum granulato-verrucosis scabridis virenti-griseis, scyphis regularibus, margine subinde extenso proliferoque; apotheciis fuscis.

Cenomyce pyxidata. *Lichenogr. Univ. p.* 534. (*exclusis variett.* β. exilis, γ. fimbriata, *et* ε. Pocillum.)
Bæomyces pyxidatus. *Meth. Lich. p.* 337. (*e. eadem reservatione*) — *Clem. Ens. &c. in Add. p.* 305.
B. neglectus. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 454.
Capitularia neglecta. *Flörke in Web. Beytr.* 2. *p.* 306.
Lichen pyxidatus. *Linn. et Auctorum quamplurimor.*

Habitat ad terram in ericetis et saxis.

*Variat colore thalli et podetiorum magis pallido et cinereo plumbeo. Podetia per ætatem versus marginem scyphi pulverulenta evadunt.*

*Qua ratione Cel. Flörke & secundum Eum sagacissimus noster Wahlenberg hanc vulgatissimam & ab omni ævo apud nos sub nomine* Lichenis pyxidati *Linnæi, Tournef. Vaill. et Michelii notam speciem, quodque nomen ei antiquitus sacratum servare obstricti sumus,* neglectam *dicere potuit, certe non facile intelligitur.*

*Ad modum Flörkei præcipuas hujus formas, pro varietatibus tamen non habendas, sub uno nomine et titulo colligere opus est, ut de omnibus qualiscunque succincta habeatur notio.*

a. simplex: podetiis brevibus turbinato-scyphiformibus, margine ex apotheciis minutis obscure fuscis subdenticulato.

Cenomyce pyxidata α. simplex. *Lich. Univ. p.* 534. — *Hoffm. Fl. G. p.* 121. (Cladonia)
Lichen simplex. *Roth. Fl. G. p.* 510.
*Dill. H. M. T.* 14. *f. A.* — *Vaill. Bot. Par. T.* 21. *f.* 7.

b. staphylea: podetiis turbinato-scyphiformibus simplicibus albido-virescentibus, apotheciis in margine scyphorum podicillatis majoribus subfuscis.

Bæomyces pyxidatus. ϑ. staphyleus. *Meth. Lich. p.* 59.

Cladonia tuberculosa. *Hoffm. Fl. G. p.* 122.
*Dill. H. M. T.* 14. *f.* 6. c.

c. synthe ta: podetiis ad basin cylindraceis scyphiferis, margine simpliciter vel repetito-proliferis; apotheciis demum podicillatis majoribus badiis.

Cenomyce pyxidata ζ. syntheta *et* η tuberculosa. *Lich. Univ. p.* 536. (*excl. fig. cit. Vaill.*)
Bæomyces fimbriatus γ. synthetus. *Meth. Lich. p.* 342.
B. pyxidatus *var.* δ. tuberculosus *et* ε. marginalis. *ibm. p.* 338.
Cladonia marginalis. *Hoffm. Fl. p.* 123. (*quatenus e margine prolifer.*)
*Dill. H. M. T.* 14. *f.* 6. *I—M.* — *Fl. Dan. T.* 1355. *f.* 2.
Obs. *Synonyma allata Hoffmanni et figuræ citatæ harum formarum* (a, b, c.) *potius ad hanc speciem, quam ad* Cenom. fimbriatam (*quæ* Capitularia pyxidata *Flörkei*) *pertinere videntur.*

d. lophyra: podetiis turbinatis, scyphis amplis dilatatis, margine foliaceo crispis prolificantibusque; apotheciis intra squamas immixtis sessilibus vel podicillatis.

Cenom. pyxidata δ. lophyra. *Lich. Univ. p.* 555.
*Dill. H. M. T.* 14 *f.* 9. *A.*

β. C. coralloidea: thalli lobis cinereo-plumbeo-virescentibus: podetiis ramosis flexuosis glabris verrucosis thallo concoloribus ascyphis; apotheciis terminalibus confertis minutis subpodicillato-turbinatis impresso-perviis fuscis.
Cenomyce coralloidea. *Lichenogr. Univ. p.* 528.

Habitat ad terram in fissuris rupium Sveciæ.

*Hujus architypum, scyphis regularibus instructum, videre non licuit, quare dubius sum, an re vera varietas sit* C enom. pyxidatæ, *vel* C. Pocilli, *an ut propria species consideranda veniat.*

10. Cenomyce Pocillum: thallo foliaceo, laciniis crassis latiusculis lobato-crenatis depresso-imbricatis olivaceis nitentibus: podetiis omnibus turbinato-scyphiformibus cum diaphragmate verrucosis albo-cæsio-pruinosis, scyphis regularibus margine integro demum prolifero; apotheciis marginalibus minutis nigro-fuscis.

Cenomyce pyxidata ε. Pocillum. *Lichenogr. Univ. p.* 555.
Bæomyces Pocillum. *Meth. Lich. p.* 336. *T.* 8. *f.* 6.

Capitularia pyxidata δ Pocillum. *Flörke in Web. Beytr.* 2. *p.* 305. *et in Berl. Mag.* 2. *p.* 139.

Habitat ad terram apricam sterilem.

*Excepta prolificatione, quæ admodum rara, nulla alia formarum variatio in hac specie observata est. Podetia rarius subpulverulenta et non verrucosa.*

11. Cenomyce pityrea: thallo foliaceo minuto lobato-crenulato pulverulento: podetiis gracilibus teretibus pulverulento-furfuraceis cinerascenti-albis subuliformibus scyphiferisque, scyphis irregularibus fimbriato-radiatis, radiis subramosis; apotheciis podicellatis subperforatis fuscis.

Capitularia pityrea. *Flörke in Berl. Mag.* 2. *p.* 282.

Habitat inter muscos putridos ad terram et radices arborum vetustas.

*In hujus et aliarum quarumdam specierum podetiis pulverulentis substantia corticalis quasi desideratur.*

b. acuminata: podetiis albo-cinerascentibus granulato-furfuraceis cylindraceo-subuliformibus simplicibus ramosisque, apice acuminatis apothecioque minuto terminatis.

*Proceriora hæc offert Specimina omnino subuliformia, quæ ex Helvetia habeo. Podetia tamen omnia schyphifera esse in hac specie pronunciavit* Cel. *Flörke.*

c. decorticata: podetiis elongatis cylindricis simplicibus albis, squamis creberrimis cinereis strigoso-exasperatis; apotheciis terminalibus majoribus aggregatis.

Capitularia decorticata *Flörkei (secund. specim. missa)*

*Hanc formam speciei senilem a Cel. Flörke pro distincta specie venditatam cum Ejusdem* C. pityrea *confluere cui libet observatori in propatulo est.*

12. Cenomyce fimbriata: thallo foliaceo, laciniis parvis crenatis: podetiis elongatis cylindricis scyphiferis, nonnullis subuliformibus, tenuissime pulverulentis albis, scyphis cyathiformibus regularibus, margine integerrimo crenatoque; demum prolificante; apotheciis fuscis.

Cenomyce pyxidata *var.* γ. fimbriata. *Lichenogr. Univ. p.* 535. *(quatenus podetia alba & pulverulenta)*

Bæomyces pyxidatus & *var.* β. longipes. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 455. *(exclusis synon. ad* Cenom. pyxidatam *referendis.)*

B. fimbriatus. *Meth. Lich.* p. 341.
Cladonia fimbriata. *Hoffm. Fl. G.* p. 121.
Capitularia pyxidatæ var. β. longipes, *in specie F.* fimbriata (*excl. var. syntheta Ach.*) *Flörke in Web. Beytr.* 2. p. 290, 299. & *in Berl. Mag.* 2. p. 136. T. 4. (*Exclus. synom. ad* Cenom. pyxidatam *pertinentibus*)
Lichen fimbriatus. *Linn. Fl. Svec.* n. 1112.
*Dill. H. M. T.* 14. *f.* 8.

Habitat ad truncos putridos et supra terram in saxis et montibus.

*Podetia in omni ætate aliquando etiam spuamulosa. Formæ hujus speciei primordiales cum* Cenom. pyxidata *vera, ut apparet, non raro confusæ sunt. Itaque etiam nomen triviale*: pyxidata, *a Cel. Flörke eidem impositum non convenit; sed antiquum illud Linnei, quo hanc ipsam speciem Hic denotavit (Cfr. Ejus charact. &c. in Fl. Svec. l. c.) retinendum.*

a. tubæformis: podetiis elongatis cylindricis pulverulentis albis scyphiferis, scyphis regularibus, margine integerrimis crenulatisque substerilibus.

Cenom. radiatæ var. δ. actinota. *Lich Univ. l. c.* (*nempe specimina podetiis pulverulentis et scyphis serrato-dentatis, exclusis Syn. Hoffm.*)
Bæomyces fimbriatus β. junceus. *Meth. Lich.* p. 342.
Cladonia pyxidata, tubæformis. *Hoffm. Fl. G.* p. 122. (*excl. figg. Dill. cit.*)
Capit. pyxid. β. longipes e. tubæformis. *Flörke l. c.* p. 298. *et in Berl. Mag. l. c. T.* 4. *f.* 1. a. 31—33.
*Vaill. Bot. Paris. T.* 21. *f.* 6. 8.

b. radiata: podetiis elongatis pulverulentis albis scyphiferis, scyphis margine radiatis, radiis subuliformibus subfertilibus; apotheciis terminalibus fuscis.

Cenomyce radiata. *Lich. Univ* p. 547 *et var.* δ. actinota *ibm.* p. 548. (*scyphis radiatis*)
Bæomyces radiatus α. *Meth. Lich.* p. 342. — *Fl. Dan. V.* 8. *T.* 1356. *f.* 1.
Cladonia radiata var. polyceras et furcellato-radiata. *Hoffm. Fl. G.* p. 120.
Capit. pyxid. β. longipes G. radiata. *Flörke l. c.* p. 300. *et in Berl. Mag. l. c. T.* 4. *f.* 9—12. 26.
Lichen radiatus. *Schreb. Spic. Fl. G.*
*Dill. H. M. T.* 15. *f.* 16. *A. B. D. F. G.*

c. abortiva: podetiis elongatis pulverulentis albis, apice obtusis vel obscure scyphipheris, scyphis subcrenatis sterilibus ferti-

libusque; apotheciis minutis subsessilibus fuscis.

Cenom. radiatæ var. α. holoschista. *Lich. Univ. p.* 547.

C. cornutæ *var.* γ. proboscidalis. *ibm. p.* 546. (*excl. fig. Dill. cit. F.*)

Bæomyc. cornuti *var.* β. proboscidalis. *Meth. Lich. p.* 344.

Cladonia cornuta. *Hoffm. Fl. G. p.* 119. (*specimina nempe podetiis subtruncatis et scyphis imperfectis*)

Capitul. pyxid. β. longipes B. abortiva *Flörke l. c. p.* 294. *et in Berl. Mag. l. c. T.* 4. *f.* 5. 6. 18. 27. *a.* 36. *b.*

*Dill. H. M. T.* 15. *f.* 14. *A. C.*

d. fibula: podetiis longis subcylindricis pulverulentis albis, scyphis angustis vel nullis; apotheciis sessilibus congestis vel subpodicillatis fuscis.

Cenom. allotropæ *var.* γ. fibula. *Lich. Univ. p.* 554. (*excl. fig. cit. Vaill.*)

Cenom. bacillaris *var.* β. apolepta. *ibm. p.* 542. (*cum Apoth. fuscis*)

Bæomyc. bacillaris *var.* ε. apoleptus. *Meth. Lich. p.* 330. *T.* 7. *f.* 6.

Bæom. turbinati *var.* β. fibula. *ibm. p.* 340.

Cladoniæ macilentæ *var.* fibula. *Hoffm. Fl. G. p.* 127.

Capit. pyxid. β, longipes C. fibula. *Flörke l. c. p.* 296. *et in Berl. Mag. l. c. T.* 4. *f.* 14. 16. 17.

Lichen fibula. *Ach. Prodr. p.* 194.

*Dill. H. M. T* 15. *f.* 15. *A. B.*

e. carpophora: podetiis longiusculis pulverulentis albis scyphiferis, scyphis margine fertilibus; apotheciis podicillatis fuscis.

Capitul. pyxid. β. longipes H. carpophora. *Flörke l. c. p.* 301. *et in Berl. Mag. l. c. T.* 4. *f.* 36. *a.* 37. *b.* 38. 39.

f. prolifera: podetiis pulverulentis albis scyphiferis, scyphis margine proliferis.

Cenom. allotropæ *var.* ε. lemagona. *Lich. Univ. p.* 556.

Cladon. pyxidatæ *var.* prolifera. *Hoffm. Fl. G. p.* 122.

Capit. pyxid. β. longipes I. prolifera. *Flörke l. c. p.* 302. *et in Berl. Mag. l. c. T.* 4. *f.* 21. — 24. *c.* 40 — 43. *l. m. p. f.* 11. 12. 28. (*excl. synon. Ach.*)

*Dill. H. M. T.* 14. *f.* 6. *M.* — *Vaill. T.* 21. *f.* 9.

g. nemoxyna: podetiis longis ramosis pulverulentis albis. ramis divisis subuliformibus sterilibus fertilibusque: apotheciis terminalibus solitariis vel conglomeratis fuscis.

Cenom. radiatæ *var.* β. nemoxyna. *et* γ. contortuplicata. *Lich. Univ.* p. 548.

Bæomyc. radiati *var.* β nemoxynus. *Meth. Lich.* p. 342. (*excl. Synon. Hageni*)

Capit. pyxid. β. longipes. D. cladocarpa. *Flörke l. c.* p. 298. *et in Berl. Mag. l. c. T.* 4. *f.* 19, 20.

*Dill. H. M. T.* 15. *f.* 16. *c.*

h. cornuta: podetiis elongatis subuliformibus simplicibus ramosisque pulverulentis albis substerilibus.

Cenom. cornutæ *var.* α. chordalis. *Lich. Univ, p.* 545. (*quatenus podetia pulverulenta.*)

Bæomyc. cornutus. *Meth. Lich. p.* 343. (*cum eadem restrictione*)

Cladonia cornuta. *Hoffm. Fl. G. p.* 119. (*nimirum apotheciis fuscis absque scyphis*)

Capit. pyxid. β longipes A. cornuta. *Flörke l. c. p.* 293. *et in Berl. Mag. l. c. T.* 4. *F.* 1. *c f. g. i. v. f.* 2. *a.* 3. 4. 5. *a c. d.*

Lichen cornutus. *Linn.* — *Dill. T.* 15. *f.* 14. *A. D. E. f.* 16. *C. E.*

β C. conista: podetiis subturbinatis pulverulentis viridi-cinereis, scyphis cyathiformibus simplicibus, margine subintegris; apotheciis marginalibus subsessilibus minutis fuscis.

Capitularia pyxidata. *Flörke in Web. Beytr.* 2. p. 287. *et in Berl. Mag.* 2. *p.* 136. (*exclusis synon. ad* Cenomyc. pyxidatam *relegandis.*)

Habitat ad terram et truncos putridos.

a. exilis: thalli lobis minutis crenato-incisis vel subgraniformibus: podetiis brevibus cinereo-viridibus, scyphis integerrimis crenatisve; apotheciis perpaucis subsessilibus fuscis.

Cenomyce pyxidata β exilis. *Lich. Univ. p.* 535.

Bæomyc. pyxid. β. exilis. *Meth. Lich. p.* 338.

Cladon. pyxid. exilis. *Hoffm. Fl. G. p.* 121.

Capitul. pyxid. B. exilis. *Flörke l. c. p.* 289. — *in Berl. Mag.* 2. *p.* 138.

*Dill. H. M. T.* 14. *f.* 11.

*Ad præsentem speciem refert Cel. Flörke; sed nonne rectius sub* Cenomyc. pyxidata *militaret?*

b. macra: thalli lobis multifidis crenatis; podetiis brevibus cylindricis gracilibus flexuosis pulverulentis cinereo-viridibus, scyphis angustis integerrimis; apotheciis subsessilibus fuscis.

Capit. pyxid. C. macra. *Flörke l. c. p.* 290 *et in Berl. Mag. l. c. p.* 139.

γ. C. carneo-pallida: podetiis subelongatis subuliformibus scyphiferisque pulverulentis viridi-albis, scyphis regularibus margine crenatis fimbriatis proliferisque; apotheciis carneo-pallidis.

Capit. pyxid. γ. carneo-pallida. *Flörke in Web. Beytr.* 2. *p.* 304.

Habitat in lignis putridis.

*Mutationibus formarum iisdem hæc æque ac* Cenom. fimbriata α. *obnoxia est.*

13. Cenomyce gonorega: thallo foliaceo, laciniis latiusculis crenulato-incisis: podetiis longiusculis glabris subverrucosis glauco vel albo-virescentibus, mortificatis nigrescentibus albido-punctatis omnibus scyphiferis, scyphis irregularibus sublacero-radiatis margine proliferis, prolificationibus foliosis; apotheciis fuscis.

Cenomyce gonorega. *Lichenogr. Univ. p.* 551. (*exclusis variett.* α. cenotea *et* β. blastica.)

Bæomyces degenerans. *Wahlenb. Fl Lapp. p.* 455.

Capitularia degenerans. *Flörke in Web. Beytr.* 2. *p.* 308.

Habitat ad terram in campis sylvaticis et montibus.

*Scyphi ab initio fere fissi et margine subcristati, prolificatione sæpius multoties repetita. Podetia per ætatem scabra & squamulosa. Thalli laciniæ subtus semper albæ nudæ, vetustæ cinereo fuscescentes. Species de cetero & per gradus fere insensibiles valde polimorpha, quare etiam formarum et earum variationum modi difficillime distinguuntur vixque sub nominibus singularibus denotari merentur, omnibus in charactere dato speciei facile comprehensis; Sequentes tamen propter synonymiam enumerare juvabit.*

a. aplotea: podetiis longiusculis cylindricis omnibus scyphiferis, scyphis simplicibus subregularibus, margine crenatis radiatis vel

palmato-dilatatis; apotheciis sessilibus podicillatisque fuscis.

Capit. degenerans A. B. C. *Flörke l. c. p.* 312, 313.
*Apothecia minuta aliquando rufescentia.*

b. euphorea: podetiis elongatis pallido-virescentibus nudis, scyphis radiato-proliferis; apotheciis podicillatis majoribus rufo-fuscis.

Capit. degenerans *g. Flörke l. c. p.* 314. (*excl. synom. Ach.*)

c. anomoea: podetiis cylindraceis nudis scabridis foliosisque obscure scyphiferis, scyphis inæqualiter dilatato-radiatis, radiis brevibus fertilibus; apotheciis majusculis sessilibus terminalibusque aggregato-conglomeratis.

Cenom. gonoregæ *var.* δ. anomoea. *Lich. Univ. p.* 552. (*excl. synon. Hoffm.*)
Bæomyces anomoeus. *Meth. Lich. p.* 349.
Capit. degenerans G. *Flörke l. c. p.* 315.
*Dill. H. M. T.* 15. *f.* 20.

d. trachyna: podetiis cylindricis nudis sordide albicantibus, scyphis denticulatis proliferis, ultimis crenulatis radiatisque, apotheciis minutis subturbinatis obscure fuscis.

Cenom. gonoregæ *var.* γ. trachyna. *Lich. Univ. p.* 552.
Bæomyc. trachynus. α. *Meth. Lich. p.* 348.

e. pleolepis: podetiis brevibus cinereo-fuscescentibus rigidis foliaceo-squamulosis, scyphis irregularibus lacero-crispis e margine vage ramosis proliferisque substerilibus.

Bæomyc. trachyni *var.* β pleolepis. *Meth. Lich. p.* 348.
Capit. degenerans L. *Flörke l. c. p.* 319.
Lichen phyllophorus. *Ehrh. kr. Saml. n.* 287.

f. lepidota: podetiis inæqualibus crassis ventricoso-clavatis scyphisque difformibus squamulosis prolifero-luxuriantibus; apotheciis subsessilibus conglomeratis, in radiis scyphorum terminalium subnullis.

Capit. degenerans M. N. *Flörke l. c. p.* 320. (*secundum specimina Flörkeana, sed exclus. synon. Ach.*)

g. cladomorpha: podetiis prolificatione scyphorum evanescentium dichotomo-ramosis, ramis expansis teretibus subsquamosis apice

radiato ramulosis; apotheciis minutis capitatis fuscis.

Cenom. alcicornis β. cladomorpha. *Lich. Univ.* p. 530.

Bæomyc. alcicornis β. cladomorphus. *Meth. Lich.* p. 350.

Capit. degenerans K. *Flörke l. c. p.* 318.

*Dill H. M. T.* 14. *f.* 12. *B.*

h. polypæa: podetiis irregulariter scyphiferis, scyphis obsoletis divisis repetito proliferis, radiis ramosis, ramis omnibus fertilibus; apotheciis hemisphæricis majusculis.

Capit. degenerans I. *Flörke l. c. p.* 318.

i. scabrosa: podetiis cylindraceis rigidis albo pallescentibus scabridis, apice irregulariter ramosis; apotheciis terminalibus majusculis conglomeratis dilute fuscis, scyphis subnullis.

Cenom. rangiferinæ *var.* ɣ. curta. *Lich. Univ. p.* 566. (*sterilis, ascypha*)

Capit. degenerans. F. *Flörke l. c. p.* 314. (*excl. syn.* blastici *Ach.*)

k. virgata: podetiis breviusculis gracilibus nudis albido-cinerascentibus, scyphorum prolificatione repetita ramosissimis, ramis filiformibus fasciculatim virgatis; apotheciis terminalibus minutis obscure fuscis.

Cenom. gonoregæ ɛ virgata. *Lich. Univ. p.* 553.

Capit. degenerans H. *Flörke l. c. p.* 316. (*secund. specim. missum, excluso tamen synon. Ach.*)

l. nivea: podetiis læviusculis nudis albis fruticuloso ramosissimis, scyphis subnullis, ramis fertilibus digitato-radiatis radiis divergentibus; apotheciis capitatis obscure fuscis.

Cenom. furcatæ *var.* ɛ nivea. *Lich. Univ. p.* 562.

Bæom. pungens β. niveus. *ibm. l. c.*

*Ad* Cenomyc. gonoregam *forte potius pertinet quam ad quamcumque aliam speciem, quamvis scyphos nullos in speciminibus visis detegere potuerim. Habitus ramulorum fertilium ut in* Cenom. ecmocynæ *var.* corymbosa *vel ut in* Cenom. furcata.

m. gracilescens: podetiis elongatis gracilibus cylindricis repetito-prolificatis subsimplicibus erectis, scyphorum inferiorum eva-

nescentium marginibus demum foliosis substerilibus.

Capit. degenerans O. gracilescens. *Flörke l. c. p.* 321.

14. Cenomyce peltasta: thallo subnullo: podetiis elongatis subfiliformibus glabris verruculosis albo-pallescentibus ramosis, fertilium apicibus incrassatis subdivisis; apotheciis terminalibus magnis planiusculis submarginatis carneo-pallidis.

Cenomyce peltasta. *Lichenogr. Univ. p.* 563.
Lichen hybridus. *Bory Voy.* 3. *p.* 103.

Habitat in Ins. Borboniae.

*Scyphi quidem nulli in speciminibus meis adsunt, sed ex habitu speciem scyphiferam esse concludimus ob convenientiam cum var.* monocarpa Cenom. bacilliaris *et var.* cetrarioide Cenom. oxycerae. *Ad basin et per aetatem podetia nigricant, punctis verruculosis albis, ut in* Cenom. gonorega.

15. Cenomyce ecmocyna: thallo foliaceo, laciniis parvis crenatis: podetiis elongatis subulatis sterilibus scyphiferisque laevibus livido-fuscescentibus, scyphis cyathiformibus margine denticulatis subinde proliferis; apotheciis fuscis.

Cenomyce ecmocyna. *Lichenogr. Univ. p.* 549. (*excl. var.* δ subulata)

Habitat ad terram & supra truncos arborum putridos.

*Thalli lobi parvi e viridi fuscescentes. Podetia plerumque sub scyphis angustata s. coarctata. Margo scyphorum denticulatus, non tamen ita radiatus (uno vel altero radio licet excepto) ut in* Cenom. gonorega. *Nomen triviale* gracilis, *rejiciendum, nam sub hoc nomine individua tantum juniora et revera gracilia intelliguntur; dantur enim formae speciei aliae omnium scyphiferarum maximae et validissimae.*

a. gracilis: podetiis longis filiformibus simplicissimis paucis scyphiferis, scyphis angustis margine denticulatis; apotheciis minutis, quibusdam sessilibus podicillatisque.

Cenomyce ecmocyna . gracilis. *Lich. Univ. p.* 550.
Cenom. cornutae *var.* chordalis. *ibm. p.* 545. (*quatenus podetia nuda*)
Baeomyces gracilis. *Meth. Lich. p.* 344. — *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 455.
Cladonia gracilis. *Hoffm. Fl. G. p.* 119.

Capitul. gracilis B. chordalis. *Flörke in Web. Beytr.* 2. *p.* 324.
Lichen gracilis. *Linn. Fl. Sv. n.* 1113. — *Engl. Bot. V.* 18. *T.* 1284.
*Dill. H. M. T.* 14. *f.* 13. C. D.

b. amaura: podetiis elongatis cylindricis subdichotomo-ramosis lævibus cinereo-fuscis superne fusco-nigricantibus, scyphis minutis obtuse denticulatis proliferis; apotheciis raris podicillatis.

Capit. gracilis C. amaura. *Flörke l. c. p.* 325.

β. C. hybrida: podetiis elongatis, teretiusculis glabris pallide fuscoque virescentibus subuliformibus scyphiferisque, scyphis subdilatatis margine dentatis radiatis proliferis; apotheciis sessilibus podicillatisque fuscis.

Cenom. allotropæ *var.* α. turbinata (*excl. synon. Hoffm.*) & β. hybrida. *Lich. Univ. p.* 554.
Bæomyc. gracilis β. hybridus, & B. turbinatus σ. *Meth. Lich. p.* 334. 339. *T.* 7. *f.* 6. *D. E.*
Cladonia hybrida. *Hoffm. Fl. G. p.* 119. (*pro parte*)
Capit. gracilis β. hybrida. *Flörke l. c. p.* 325.
Lichen turbinatus. *Ach. Prodr. p.* 192.

b. floripara: podetiis elongatis superne incrassatis nudis scyphiferis, scyphis magnis regularibus vel laceris proliferisque margine stipatissime denticulatis.

Capit. gracilis β hybrida C. floripara. *Flörke l. c. p.* 328.

c. leucochlora: podetiis elongatis subcylindricis lævibus subsquamosis albido-virescentibus subulatis scyphiferisque, scyphis obscuris sinuato-denticulatis substerilibus proliferis, radiis paucis irregularibus.

Cenom. cornutæ *var.* δ. merista. *Lich. Univ. p.* 546. (*scilic. podetiis nudis.*)
Capit. gracilis β, hybrida D. leucochlora. *Flörke l. c. p.* 328.

d. valida: podetiis elongatis longissimisque validis superne incrassatis nudis e pallido fuscescentibus scyphiferis, scyphis magnis margine denticulato fertili prolifero; apo-

theciis subpodicillatis solitariis aggregatis conglomeratisque.

Bæomyc. turbinatus δ. euphoreus et ε. gerontius. *Meth. Lich. p.* 340, 341.

Capit. gracilis β. hybrida B. valida. *Flörke l. c.*, *p.* 327.

γ. C. macroceras: podetiis longis cylindricis apice attenuatis glabris pallide flavo-virescentibus fuscisque plurimis sterilibus aliis scyphiferis, scyphis minutis tenuissime denticulatis substerilibus; apotheciis subpodicillatis magnis fuscis.

Cenom. ecmocynæ *var.* β. rostrata. *Lich. Univ. p.* 550.

Capit. gracilis γ. macroceras. *Flörke l. c. p.* 330.

b. elongata: podetiis longissimis teretibus subsimplicibus albo-pallidis cinerascentibus vel fuscis subuliformibus scyphiferisque, scyphis obsoletis denticulatis proliferis; apotheciis subpodicillatis demum magnis fuscis.

Cenom. ecmocynæ *var.* α. elongata. *Lich. Univ. p.* 549.

Cenom. cornutæ *var.* ζ. cercophora. *ibm. p.* 546.

Bæomyc. elongatus. *Meth. Lich. p.* 345.

Cladonia elongata. *Hoffm. Fl. G. p.* 119.

Capit. gracilis β. macroceras B. elongata. *Flörke l. c. p.* 331.

Lichen elongatus. *Jacqu. Misc.* 2. *T.* 11. *f.* 1.

